


Nº del Collegio de San Sebastian de Granada. P. de

B-9270

DOCTORIS
FRANCISCI NVNNII
AB ORIA DE CASARVVIIS
Montanis Lyrae Heroycae libri
quatuordecim.

AD PHILIPPVM II. CATHOLICVM
Hispaniarum, & Indiarum Regem
potentissimum.



SALMANTICÆ
Apud hæredes Mathie Gastij

M. D. LXX XI.



1942

PROLOGUE

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

FROM 1776 TO 1863

BY CHARLES A. BEAUMONT

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

FROM 1863 TO 1898

BY CHARLES A. BEAUMONT

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

FROM 1898 TO 1914

BY CHARLES A. BEAUMONT

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

FROM 1914 TO 1942

BY CHARLES A. BEAUMONT

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

FROM 1942 TO 1945

BY CHARLES A. BEAUMONT

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

FROM 1945 TO 1948

BY CHARLES A. BEAUMONT

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

FROM 1948 TO 1951

BY CHARLES A. BEAUMONT

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

FROM 1951 TO 1954

BY CHARLES A. BEAUMONT

D

ON Phelippe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragón, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iacn, Conde de Flandes, y de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos el doctor Francisco Nuñez medico, nos ha sido fecha relacion que vos auays compuesto cierta obra, intitulada Lyra Heroyca, en verso Latino Heroyco, a la imitacion de Vergilio en la Eneida, la qual era muy vtil y prouechosa, para los que della se quisieré aprobechar, supplicadonos vos dieisemos licencia para la imprimir, y veder, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pragmatica por nos nueuamente fecha dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razón, y nos touimoslo por bien, y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros reynos, para que por esta vez pueda imprimir el dicho libro, que de suso se haze mencion, sin que por ello caygan ni incurran en pena alguna, y mandamos que la tal impressió se haga del dicho libro, original que va rubricado cada plana, y firmado al fin del, de Domingo de çauala nuestro escriuano, de los que residen en el nuestro consejo, y que despues de impreso no se pueda vender, ni venda el dicho libro sin que primero se trayga al nuestro consejo juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impressio esta conformea el, y se tasse el precio por que se viuere de vender, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas, en la pragmatica y leyes de nuestros

reynos, y no fagades ende, al: Dada en Madrid, a ocho
dias del mes de Agosto, de mil y quinientos y setenta
y tres años.

D, Eps Segouien. El Doctor. El Doctor
Redin. Francisco de Auedillo.

El Doctor Don Yñigo
de Cardenas capata.

El Doctor
Aguilera.

Yo Domingo de çuala escriuano de camara de su Mage
stad, lo fize escriuir por su mandado con acuerdo de
los del su consejo.

ILLVSTRI AD- MODVM GARTIAE FVR-

*tatio à Mendoga, primo militiae Cataphractae in Hispania
ductori, Villa Aragetæ & comitatus Villaluae Do-
mino, Doctor Franciscus Nunnius ab Oria
Physicus ac Poëta S. P. D.*



Vemadmodum Plutar-
chus ille in vita Alexan-
dri inquit, Illustris admo-
dum Garcia, non idcirco
rex magnanimus gene-
rosusq; nuncupari meret-
ur, quòd multis prouin-
cijs, multis ditionibus sub-
ditorù frequentia præpoileat: neq; idcirco, quòd
illustrium potentiumq; auorum gētilitio præcla-
rus habeatur. Non pauci siquidem reperiantur il-
lustriù antiquissima familia & opulētia præstātes,
qui tamen tanto cognomento, nisi adulatione &
verborum lenocinio, nequaquam digni fuerint:
cum nullum insigne virtutis monumentum reli-
querint. Nam, vt apud eundem autorem Dioniso-
dorus Træzenus cōtra Chrysippum inquit, quis
laudabit patrē nisi infelices liberi? id est, qui nul-
la virtute, nulla re præstant: sed maiorum quorū-
dam virtutibus innituntur, hi auorum gloriam ad
suam laudem vsurpant. Quis enim Sardanapalū
magnanimum generosumq; nūcupabit, tametsi
regiæ

regiæ stirpis splendore, & prouinciarû frequentia præpolluerit. Aut cõtra, quis Ciddiû Hispanû nõ nũcupabit magnanimũ præclarũq; tametsi neq; regum posteritate, neque regni diademate potitus fuerit? Quamobrem qui iustè aduersus hostes dimicauerit, reipublicæ que suæ quantũcunque exiguæ & humilis, propugnator extiterit, hic superstes victor inclytus magnanimusque iure nũcupari merebitur: nempe, vt ad eũdem autorem nos cõuertamus, ex quapiam re, aut loco, aut verbo euidẽtius virtutis, & splendoris indicatiũ fumitur, quã ex pluriũ prouinciarũ imperio. Quemadmodũ pictor viuẽtis effigiẽ graphicè delineans, magis præ se fert faciem, quã reliquas corporis partes effingere: nẽpe nõ aliunde quã ex facie qualis, & quæ sit persona innotescat: nõ secus ex præclaro virtutis actu, aut generoso facinore, magnanimũ atq; inclytum virũ cõiungere oportebit: quales Iosueum fuisse legimus, qui non propter imperia, & maiorũ splendorẽ illustris, magnanimusq; perhibetur: sed quia defessa & armis inassueta gente, Deo & sua genuina virtute auspice, innumeras gẽtes trãs Iordanẽ subiugauerit. Si tamẽ quispiã se offerat, qui præter maiorum suorum splendorem, & præstantiã, genuina animi robustitate, & virtutis ornamento, nõ modò suis maioribus, verum etiam magnanimis regibus & ducibus æquarit, huiusmodi vir maiore argumento excellens virtute & animo nuncupari merebitur. Quæ duo cū in te perspicacissimè spectentur, meritissimo
magna-

magnanimitatis & virtutis cognomento dignus
haberis. Ex tuorū maiorū splendore siquidē filius
Andræ Furtatij à Médoça Marchionis Cāneti,
exarchi & cōmunis prouinciarū Perusij ductoris:
pronepos Didaci Furtatij à Médoça Marchionis
Canneti exarchi, & cōmunis ductoris Nauarræ:
posterus à præclarissimis Zurria, & duce Arduizæ
Cantabrorū dominis. Quid referā maternæ stir-
pis splendorē? nēpe sis filius admodū illustri-
s Mariæ Manriquæ, infantū Castellæ & Aragoniæ edu-
catrix, filix Garcia Manruij comitis de Osor-
no, posterus illustriū comitū Tolosatis & Barchino-
niæ. Ex tuorū gestorū splendore, siquidē ab ineū-
te ætate parē te gesseris excellētissimis & magna
gloria præditis principibus & ducibus, nempe à
tua adolescentia semper te insignibus honoribus
ornaueris, tū in imperijs, tū in magistratibus. In
magistratibus nimirū educatus assuetusq; comi-
tibus Imperatoris Caroli V. eiusq; filij Philippi. In
imperijs, nimirū à decimo octauo tuæ ætatis an-
no, cōmeatū à rege accepto, proficiscendi Corsi-
cā pro tui regis ac religionis fulcimento, per cala-
mitosq; hyemis interstitiū validissimè certasti, do-
nec omnē insulā cū omnibus vicis & plateis tuæ
potestati redegisti: prolixū satis cōgressus, fortu-
nas, victorias, casus, quæ in certamine illo aduer-
sus Corsicanos & Francos hostiliter obnixeq; pro-
pugnantes, tibi cōtigerint, memorare. Quid verò
de bello Senensi? vbi adeò magnanimiter & inde-
fessè pugnasti, vt omnino superaueris, profligau-

rifq; Petrū Estrolū. Quid autē in super referā glo-
riosa illa facinora, quæ Flandribus patraſti, cum
tuo chariſſimo fratre Marchione Canneti, in ex-
peditione, quam dicunt de Renthin, ſecutus par-
tes Imperatoris Caroli V. Quid in super ea, quæ in
expeditione Britan norū præclare egifti, ſub exer-
citu regis noſtri Philippi: vbi genitor tuus præcla-
riſſimus Marchio Canneti, tua opera Indiarum
Oceani Exarchus procreatus fuerat? Qua expedi-
tione, Hispaniam ad patrem proficiſcēs cū eo ad
Indoſ migrati: vbi poſtquā præclariffima geſta &
facinora exercueras, ductor cōmunis expeditioni
prouinciarū de Chile, quæ iā rebellionē & ſeditio-
ne bellica cōmotæ & turbatæ, cū regionibus vic-
inis nōdum exploratis tumultuabantur, procrea-
tus ea omnia quatriēnij interuallo ſubiugaſti, pa-
caſti, explorati, & mœnibus ampliati vſq; ad ſi-
nus Magallanes: quos etiā ſeptē bellis cōfecifti.
In quorū expugnatione, quis belli cōgreſſus, quis
caſus, quis duella, quis ſumptus ingentes, quis cō-
ſlictus, quis pericula, quis vitæ discrimina, memo-
riæ tradet? Incoiæ enim & indigenę aſperi & belli
munimētis ſatis aſſueti validiſſime propugnabāt.
De bellaſti Villamricā, urbē Imperatoriā: in ſtaura-
ſti urbē Mendoçā infantii, urbem conceptionis,
urbē Cannetū frōtiſpicij, urbē Oſoriā, urbem Lō-
dinenſem, urbem Diui Dominici de Rioxa. Quis
in super referet quāta animi beneuolentia, quāto
tui deſiderio, indigenarū vniuerſa multitudo ad-
huc detineatur, & amore proſequatur? opus enim
eſſet

esset ad ea referendū tragico apparatu. Nimirū eis moderatus fueris iustitia, æquitate, clemencia. His igitur terris à te expugnatis, instauratis, pacatis, munitis, victor triūphans remeasti Hispaniā, vbi à Catholico rege Philippo, honorifico applausu receptus, magno nominis splendore hætenus claruisti. Hęc, & multò plura alia gesta & facinora tua apud omnes cõmendantur, nec non patris, auiq; qui ad superos migrarunt, alter Nauarræ, alter Indorum Exarchus. Tibi ergo tanquã ductori magnanimo, inuicto, patriæ protectori, nil aliud superesse videtur, quàm quę diu armis parasti præmia, erogentur: nimirū tuorū factorum immortalis gloria salua & incolumi, & nequaquã solui timida, maximum, quod potui, præfens opusculū tibi obtuli, in quo auctoris mentē, & nõ operis humilitatē grato accipias animo. Aulus sum huiusmodi opusculo tibi inferuire, nepe & bella, & discrimina, & herorū præclarissima facinora, quæ tui sunt muneris, amplexetur: virorū enim illustrium, & magnanimorū, qualis tu es, maximè interest, Poëtas, Historicos, Scriptores, nimirū suorum facinorum præcones, honoribus illustrare, & decorare, & fouere. Nisi enim Homerus superstes foret, Achillis gesta perpetuis tenebris delitescerent: & nisi Maronis Augustus meminisset AENEÆ gesta sepulta iacerēt. Omitto hinc referre quàm pluri-
ma exēpla Chronographorū, Poëtarū, videlicet Lucani, Titoliuij, Suetonij, Plutarchi, Tuciddis, quorū scribēdi solertia, & amœnissimo stylo, ma-

ximorū regū & clarissimorū ducū trophæa perpe-
tua fama claruerūt. Tandē nullus rex, nullus prin-
ceps gloria & excellentia splēdit, qui nō aliquem
in signē scriptorē aut Poētā, qui eorū facinora &
trophæa memorię traderet, penes se haberet. Nō
nulli verò nō humiliū, imò omnium estimatione
maximorū, sua peculiaria facinora & trophæa pro-
prio chyrographo scripserunt: quales fuisse legi-
mus Moſsem & Iuliū Cæſarē, & AEgeſippū, qui
bellū Hieruſalē aduerſus Neronē & C. Veſpaſia-
nū diu ſuſtinuit. Itaq; illuſtris admodū vir, exēplo
huiusmodi magnanimorū virorū, quibus virtute
& meritis & magnanimitate inferior non es, tui
muneriserit, fouere, autoritate illuſtrare hoc opu-
ſculū, potiūſtū quā meum nuncupandū, nimi-
rū illuſtria & præſtātia facinora tibi maximē con-
gruentia amplectēs. In quo ſub prætextu certami-
nū, bellorū, congressuū, amorū, multa exēpla ad
optimos mores, & beatitudinē, multa ad ſacræ hi-
ſtorix cognitionē ſpectantia cōſpiciuntur. Mole-
ſtè autē fero metrū, tēporum, perſonarū deſcrip-
tionē, bellorū apparatus cōmendare: hoc enim iu-
dicare alijs, nō mihi datū. Cupio tamen hæc inſpe-
cturus, potius animū tentādi ardua nēpe regum,
ducū facinora, trophæa; quā ſtyli humilitatem,
qui tā arduis rebus cōæquari poſſit, aduertat. Hęc
poëſis duo præ ſe fert, tum vt ſub prætextu huma-
narū rerū, moralia, & ea quæ ad rectè beateq; viuē-
dum cōferunt, ſubintelligātur: quemadmodū in
cuiuſq; libri initio, ex Allegoria innotescit: tū vt

præ-

præclara trophæa Impe. Carli. V. & eius filij Phi-
lippi, & illustrium Hispaniæ heroum, nempe Ber-
nardi Carpij, Ciddij, magni ducis Ferrantis Gon-
salij, & ducis Aluç, & tua dignis encomijs cõmen-
dentur, initio sumpto à Carolo Magno, huius no-
minis Imperatore primo, & à suis Palatinis Rolã-
do, Rinaldo, & aliorum illustriũ heroũ; ad Maro-
nis imitationẽ, qui argumẽto ab Aenea sũpto, ad
laudes Augulti artificiose accessit: hoc igitur est
huius operis autoramẽtũ. Certo scio, nõ defuturos
calũniatores, suggillatores, detractores, qui certa-
tim velint labefactare, probrisq; laceßere hoc opu-
sculũ, quod absiduis calamitatibus, laboribus, in-
fortunijs, digladiationibus cõdidi. Quis enim ea
omnia adamusim memorabit? quis calumnias &
contumelias, quibus improbi & cõmentitij homi-
nes me irritarũt, & ab huiusmodi literario studio
ablegarunt? ab alijsq; operibus quæ in lucẽ edidi?
accurate studẽs reipublicæ pro meo virili profes-
se? Nempe quẽadmodum Aristoteles 3. Politico-
rum tradit, qui necessario vni inferuiũt, serui nun-
cupãtur: qui in cõmuni multis seruiunt, artifices
nuncupantur: qui studẽt politiæ & vtilitati reipu-
blicæ, vocãtur iusti & recti: qui inferuiũt suæ pro-
priæ vtilitati, vitiosi & transgressores iustarũ rerũ
nuncupantur. Nã, vt idẽ in ethicis asseuerat, pra-
uus focus est qui impedit cõmune opus: qui ergo
nequitia preuerti nõ dicentur homines suis male-
uoli, infensitq; sermonibus impediẽtes huius-
modi virtutis opus? vndiq; insidiantes, vt pauca
quæ-

quædã auferant præsidia & fulcimêta, quibus vitã
familiãq; tueri deberẽ? Quæ nõ obijcierũt? quæ
mala machinati nõ sunt? quã repulfam non fece-
runt, reperta occasione in prophanis amicisq;, &
patrãdi & audiẽdi mala sub prætextu religionis &
doctrinẽ? Tãtã molis erat Romanã cõdere gêtẽ?
inferuireq; reipu. vtilitati? Cæterũ animaduertẽs
quã spretus fuerit Homerus in sua tẽpestate, pro
quo Martialis sic inquit, Et sua riserũt sæcula Mœo
nidẽ, & quod Imp. Caligula statuas Maronis & Ti
toliuij, eorũq; opera cõburere statuerat, operẽ pre
tiũ duxi à querimonijs superfedere, neq; amplius
demirari potẽtes ad eũ aduersari virtutũ exercitijs,
sequẽtes & opitulãtes adulatoribus & verbosis, di
cente Seneca, qui fauet malis, nocet bonis; satis
enim mihi te Mæcœnatẽ habere, nẽpe te supersti
te, nõ metuã vltèrius venenata iacula detractorũ.
Suscipe ergo Poẽma hoc, cui titulũ feci, **L Y R A**
H E R O Y C A, nẽpe Poẽma sit veluti cythara, qua &
aures mulceantur, & intellectus alliciatur. Testis
est Porphiriõ, qui asseruit idcirco Orphæũ vulgo
musicæ inuentorẽ appellatũ, quia Poẽsim illustra
uit. Suscipe, inquã, ea animi clemẽtia & beneuolẽ
tia, qua omnia alia quantũcũq; humilia soles, exẽ
plo regis Artaxerxis, qui hilari & subridẽti vultu
aquã à rusticano accepisse fertur: nẽpe, te subue
niẽte, nouo fretus adminiculo ad maiora, & mul
to præstantiora aspirabo, cuius faustã fœlicemq;
fortunam Deus augeat, fœcundet, & optimis
auspicijs indies illustret. Vale nobilitatis
& virtutis splendor.

NOBILITATI HISPANICÆ S.



Vanquam non parum insolenter exterae nationes glorientur, quòd vel in soluta oratione, vel metrica compositione adempta scribendi spes reliquis mortalibus videretur: iure Hispania nostra clarissimos poterit triumphos agere, cum hæc ætas egregios & literatos viros tulerit, quorum sapientia & meliores & grandiores bonarum literarum fœtus fœliciter ediderit. Inter quos Doctor peritissimus Franciscus Nunius Oria, non vulgare tum Poëtes, tum Philosophiæ, tum Medicinæ (quod aperte eius scripta testantur) egregiè comparavit. Officiose satis euolui, & studioiè perlegi quatuordecim libros Heroicis carminibus scriptos, quibus *LYRÆ HEROICÆ* nomen indidit: in quibus multa ac varia sunt quæ inuictissimum Imperatorem nostrum Carolum quintum potentissimumque nostrum Philippum I I. ferentissimumque Ioannem ab Austria, Hispanosque heroes imprimisque celebratissimum Bernardum del Carpio egregiè

commendant, pleraque quæ Gallos & potissimum Imperatorem Carolum duodecimq; proceres, quos Gallia iactat, multa præterea, quæ ad Cosmographiam, Topographiam, Chronographiam pertinent, graphicè carminibus coniuntur. Denique opere in lógo (vt verbis vtar Horatij) tot tantaq; cõscripta sunt, vt vel AEni da Maronis, vel transmutiones Ouidij videantur. Quare cū multa noua sint, quibus studiofa bonarum literarum iuuentus ad componenda multa, ingenijque opibus illustranda commodè iuuari possit in publicam vtilitatem typis mandari summum erit operæ pretium: præsertim cum nil (mea sententia) sit quod vel bonos mores vel Christianam pietatem offendat. Valete igitur amplissimi patres, quos Christus Optimus Maximus prouehendis iuuandisque bonis literis, amplificandisque Hispaniæ rebus multum diuque incolumes tueatur, ex hac vstra Vrsariensi schola idibus Iulij.

Ex senatus consulto.

*Magister Ioannes
Lupecius à Hoyo.*

AD DIVAM VIRGINEM
Mariam, auctoris inuocatio.

Dimetrum iambicum.

*Maria princeps caelorum,
Corona digna virginum,
Secura caeliana,
Mavisq; stella fulgida.
Tu patris alti filium
Intra tulisti viscera,
Et absq; labe permanens
Enixa es autorem tuum.
Venter tuus claustrum Dei
Turrisq; vrbs, quã prætulit
Deus, Iacob tentorijs
Eiusq; castris miscicis.
De te propheta ingentia
Et gloriosa dixerant,
Nã de te homo est natus Deus
Qui te creauit primitus.
Quem viderat Moses rubum
Ardere flamma innoxium,*

*Te monstrat esse virginem
Partu ante partũ postmodũ.
Aue beata Archangeli
Beata Sancto Spiritu,
Beata, cuius vberẽ
Se paut ipse altissimus.
Beataq; ante secula
Sibi parentem quam Deus
Prælegit & contagio
Primeratus obstitit.
Vrbis precantur diuites
Vultum tuum citam velis
Afferre opem fidelibus,
Quos natus emit sanguine.
Laus, gloria immenso patri
Quem parturisti & filio,
Sancto simulq; Spiritu,
Regnant qui in tuo perpete.*

T Y P O G R A P H V S

ad Autorem.



*Esta ducis Macediûm vero cognomine Magni
 Carmine concelebrēt alij, quēis Musa, & Apollo
 Grandiloquo dedit ore loqui; ingenioq; sagaci
 Pollent. Bicipiti qui numina vana laceffunt
 Monte alij docti Paruasi, & somnia dictant.
 Hinc est ora furens qui Heliconis proluat amne:
 Aspiret chorus his, dea Suada, & Pallas, & Hermes.
 Alite Mæonio Pompeij illustra gesta
 Describant Magni magno cum pondere versus:
 Pharnacem dicant victum, victum Mithridatem.
 Fas tibi sit, FRANCISCE, lyra cantare, Carionis,
 Hesperiaq; tuba Carolum cognomine Magnum.
 Namq; ignota refers; herôas ad æthera tollis.*

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI LYRAE

HEROYCAE DOCTORIS FRAN-
cisci Nunij Oria à Casarruijs
Montanis oriundi.



GALAON odio & inuidia in Rinaldum excitatus, confulit Carolo de mittendo Rinaldo ad quæredum Rolandum, qui ob Angelicæ amorē diuersis peragrabat oris, idq; suadet iniquo animo liuoreq; & inuidia correptus, vt dum ille Rolandum quæritat in profectiōe pereat, Carolus facilè suadetur, mittit Rinaldum. Qui cum fratre Richarto & Philomeneo, & Tinganore fidelibus focijs, proficiscitur, lucum Atalante magici ingressi, offendunt intra Bradagmantem fororem in arborem conuersam solertia magica Atalante, quæ ictu mucronis coacta loquitur, declaratque se esse Bradagmantem, & qua de causa ibi conuersa sit in arborem solertia magica: Tandē exponit fratribus, quanto periculo oppositi sint in luo illo, vnde eos minimè posse euadere asserit, nisi cum baltheo illo aureo quem eis humi iactum ostendit: Rinaldus capit, seque cingit baltheo.

A Deinde

Deinde ipse & frater & sodales obulā eunt Gigan-
 tibus irruentibus in ipsos, Philomeneus & Tinga-
 nor victi capiuntur in certamine, Rinaldus verò
 & frater virtute balthei inuicti interficiunt Gigan-
 tes, ingressi que vltcrius offendunt horrendū Dra-
 conem, quem interficit Rinaldus. Tandem cum
 fratre excelsam ascēdit arcem Atalanti magici vbi
 ipsum vident Atalantum, multis heroibus Aphris,
 celtis que stipatū, inter quos agnoscunt Danesium,
 Oliuerum, Rugierum, Bridassum, alios que com-
 plures qui ibi ab Atalante efascinati detinebātur,
 idcirco Rinaldus frater que iocundē recipiuntur.
 Tandem Rinaldus fratre cum prædictis principi-
 bus notis relicto, ducente Atalanto magico, visit
 penetralia arcis incantatae, in vestibulo autē vnus
 aulae repente ruit Rinaldus in obscurum & profun-
 dum locum, vbi rari radij veluti per rimas fulges-
 cunt, audiūtur simul gemitus, fletus, querimoniae,
 roganti Rinaldo, exponit Atalantus locum illum
 esse eorum qui dant pœnas ob violentiam quam
 fecerunt in luco, inibi que detentos esse suos sōda-
 les, Philomeneum & Tinganorem, quos illi inde
 egresso pollicetur se exhibiturum. Tandem Ata-
 lantus, Rinaldus que inde egressi, cernunt campos
 amœnissimos, inter quos duo fluebant flumina,
 Isthmum que circuibāt, per quæ multa nauigia su-
 peruehebantur, in medio que Isthmo stabat Logi-
 stæa pluribus nymphis comitata, iocundissimē ca-
 nentibus,

nentibus, tenentibusque in suis manibus ferta & coronas. Rogati Rinaldo, exponit Atalantus, quomodo in fluuio dextro nauigent viri & fœminæ qui in hoc sæculo rectè vitam egerunt, operaque illustria & optima patrarunt, quoque modo ex illo fluuio dextro egressi coronandi sint fertis & coronis, quas nimphæ in manibus gerunt: exponitque simul quomodo nauigantes per fluuium finistrum sint scelerati, & qui vitam prauè egerunt, & quomodo ad finem submergantur in vertiginem obscuram & nigram, vbi nõnullorum Regum & Imperatorum & Reginarum historiæ narrantur, & infidelium apostatarum. Tandem ostendit ei speluncam obscurã qua septem sorores infandè complures homines ducant ad fluuium finistrum, Vrgana & Alsina sororibus gubernantibus illas. Sed altera earum sorore Logistæa cohibente suos impetus.

ALLEGORIA.


Sub persona Galaonis qui odio inuidiaque irritatus sub prætextu cõsiliij salubris conatur Rolãdum perdere, intellige cauillatores & inuidos qui sub simulatione verborum verosimilium & salubris consiliij sodales suos demoliri conantur. Sub persona Rinaldi ingredientis lucum efascinatam, intellige, hominem, qui mūdum hunc ingreditur. Mundus siquidem spectaculum apparens est, cito enim dilabitur. Sub persona Bradagmantis sororis

Rinaldi, quæ in arborem conuersa apparebat, intellige, animam humanam, quæ effascinata detinetur voluptatibus & desiderijs huius sæculi. Zona seu Baltheus curatus quem Bradagmans terra iactum ostēdit fratri, quo, vt ille se ab insidijs magicis possit tueri, accingitur, potest intelligi, castimonia virtus: quæ omnium virtutum est origo, qua qui accingitur, ab insidijs mundi, & dæmonis, & carnis, facile tutus euadit. Cæterum sub persona Bradagmantis ostendentis Zonam fratri, intellige animam quæ ignorans errores & peccata quibus implicata est, suadet alijs virtutem quam ipsa minime capit. Nam vt inquit Cicero, Qui sibi semitam non sapiunt, alijs monstrant viam. Sub fabula certaminis cum Gigantibus, & Dracone, & victoriæ ex ipsis, & amissionis sociorum, intellige hominis iusti certamen, & trophæum, tum ab ærumnis & calamitatibus huius sæculi, tum à Dæmone, à quibus euadit victor, tametsi non citra iacturam aliquam impatientiæ, & commodi proprii, hæc enim iactura intelligitur, per amissionem sociorum. Sub figmēto ascensus Rinaldi & fratris ad arcem cristallinam Atalanti, intellige huius mundi ascensum ad honores, magistratus & honoris officia, ad quæ nequaquam peruenitur sine labore, ærumnis, calamitatibus. Sub persona Atalanti, mūdus hīc apparēs intelligitur, hic enim est qui homines ad magistratus & honores illos momentaneos euehit. Cæterum sub

Lib. 1. de di
uinatione.

sub figmento ruinae Rinaldi cum Atalanto subito ruentis in locum illum tenebrosum, ubi tot fletus, tot querimoniae audiebantur, intellige ruinam hominis ex excelsa illa dignitate, in qua à mundo collocatus erat, cum quo repente ruit in egestatem & conditionem humilem. Quantoque maior fuit prouentus ad honores, tanto & ruina precipitior fuit. Locus autem ille profundus & obscurus, in quem Atalantus & Rinaldus precipitati sunt, ubi nonnulli splendoris radij effulgebant, intellige tum egestatis statum, ubi tot afflicti miseri que sunt, tum locum purgatorij. Ibi enim radij spei fulgent, ut inde beatorum animae ad aeternae felicitatis vitam perducantur. Sub figura campi voluptatum subito apparentis, intellige alterius vitae oblectamenta, & statum felicem post ærumnas. Sub figura duorum fluminum, quorum alterum est dextrum, alterum sinistrum, intellige duas vias hominis, alteram beatitudinis, quae per flumen dextrum significatur, alteram perpetuae damnationis, quae significatur per flumen sinistrum. Sub figura septem fororum, quas refert Atalantus egredi & regredi per speluncam, secumque afferre homines, intellige septem peccata mortalia eorumque occasiones, haec enim alliciunt homines ad sinistrum fluvium damnationis, intelligendo (per speluncam) ignorantiam & caecitatem peccatoris, qui se à vitijs trahi sinit. Sub personis fororum Vrganae &

Alfinæ magicarum, quæ sunt Duces septem fororum, intellige duas potētias sensuales, nempe irascibilem & concupiscibilem. Hæ enim potentiæ alliciunt septē peccata mortalia. Sub persona Logistæ sororis earum, quæ eas cohibet & retrahit, intellige potentiam rationalem, quæ idcirco earum soror à Poëta dicitur, nimirū omnes tres potentiæ in eodem sint subiecto, scilicet, homine, siquidem potentia rationalis cohibeat, reprimat alias duas bestiales, quæ peccata alliciunt.



DOCTORIS FRAN⁷
cisci Nunnij Oria, Lyrae Heroycae libri
quatuordecim, ad potentissimum
Regem Philippum.

LIBER PRIMVS.



*E Virtutis amor, me scilicet gloria Martis,
Excitat ad claros heroes, & arma canendum
Arma, quibus Carli proceram bis sexq; suorum,*

Perpetuò cunctas se extendit fama per oras.

Imperium vnde nouum Romæ, nunc tollitur astris.

Magnanimo Carlo, & nato dominante Philippo,

Hic erit, hic finis, nostri quoque carminis aether,

Dum decus Augustum, generi dabit inclita Carli

Roma, Palatinum dum gloriaq; alta manebunt

Rolandus, Dominusq; Albani montis, Iberus

Et Bernardus, eis par claro sanguine, & armis.

Tu mihi diuersos bellorum pandere casus

Optima Dina potes, si qui hæc gesserunt Quirites

Sponte tuo obsequio se subiecere tyrannos

Pugnando aduersus Libicos, Turcasq; superbos,

Tu potes vna odium, alternas ostendereq; iras

Montis in Albani Dominum, qui Marte parabat,

Vt tibi pareret, Turcarum perdere gentes.

In Albani
nōis Do
mōis id
est, Rinal-
dam.

Hunc multos viciffè duces, & praelia forti
 Inuictaq; manu, atque omnem fouiffè per orbem
 Famam eius, regemq; illi fua credere regna.
 Hæc fecum Galaon cum volueret omnia mente,
 Et Pinabellum immatura etate peremptum.
 Fluctuat hinc, atque hinc, quid omittere debeat anceps,
 Aut agere in tantum quem iam fibi fecerit hoftem,
 Puluerulentus uti palearum cum inter aceruos
 Turbo furit, rursus nunc hos, nunc corripit illos.
 Haud aliter Galaon animum contra vndique verfât
 Ammonis natum, Illyriae tum fceptra gerentem
 Pro Salio, regni heredem, qui liquerat illum,
 Italiae moriens, Carlo firmante tyranno.
 Has inter curas varius fibi prole propinquum
 Compellat Voueum, fidum, pariterq; potentem
 Confilio, iam cernis (ait) chariffime frater,
 Quantus apud Carlum nunc fit Rinaldus, in oris
 Regnando Illyriae, iuxta fua mœnia caefo
 Praefide fupremo, noftra de ftirpe creato:
 Quem de facrilègis manibus, dixi nuper ab illo
 Eripuere Pares, fimul & iacet inclytus ille
 Filius Anfelmi, Maguntum tantatuorum
 Funera fle mifere, fle tanta cadauera campis
 Conditâ Pontieri, quare, nec legibus obftat,
 Infidys hoftes in atroces omnibus vti.

Oratio de
liberatiua

Hunc

*Hunc quacunq; via regno priuemus, iniqua
 Et vita, imponamus eum prius, attamen hostem
 Nunc sibi iocundo Regi, gentesq; citemus
 Confines nobis toruas ob furta puella
 Lysandræ Trasiomeridis, sententia qualis
 Si tua deposco, contra hoc immane piaculum.
 An Carlum prius, an Lybicos prius ire tyrannos
 Conueniat, quibus autue modis moueamus utrosq;.
 Tum Voueus, gentis (dixit) clarissime Princeps
 Maguntinorum, prius hæc memorare volentem
 Detinuit me cura, animo ne tædia ferrem
 Longa tuo, & ne principium fortasse tumultus
 Ipse forem, quamuis ex parte cõgerit ira
 Horum quæ memoras, tanti & iactura cruoris,
 At verò Libicos armare in prælia reges
 Rinaldum contra, regemq; auertere ab illo
 Hoc graue (crede) puto, nam si vis cire tyrannos,
 In Carlum pugnas, quem non arcana latebunt.
 Si tibi conuertis natum fortasse Pepino,
 Omnia perturbas, Palatinaq; diuidis arma,
 Scis, multi procerum Rinaldi exempla sequantur.
 Quare aliud nobis opus est inquirere maius
 Consilium, insidysq; vna maioribus uti,
 Scis Rolandus uti ignotis in partibus erret,
 Pro bella Angelica pugnando plurima passus.
 Hæc (vt fama refert) Scytia peruenit ab oris*

Lisandra &
 lia Regis
 Trasiome-
 ri quæcum
 multo au-
 ro dicitur
 rapuisse Ri-
 naldus tra-
 didisseque
 Carolo qui
 eam depe-
 ribat.

Illyriam, Libyesq; vrbes & littora Rheni,
 Indorum Regis Galafronis filia fertur
 Cui decor est tantus, cui formæ gratia tanta
 Tantus adestq; lepos, ut flagrent eius amore
 Ardenti Libyes Reges, super omnibus illam
 Ardet, amatq; potens armis Feragutus Ibernus,
 Qui sæpè Angelicæ fratris superatus ab hæsta
 Asrata, occubuit campo congressus in illum,
 Et tandem amissa fatali cuspide, bello
 Argaliam occidit, pretium certaminis esse
 Angelica, ex oculis quæ fugit fratre perempto
 His ut defendi posset, se credidit armis,
 Rolandi melius, nam sic intacta fuisset.
 Hunc Rolandus amans cepit, quibus erret in oris
 Ignoramus adhuc, querit Danesius illum
 Querit & Astolphus, fortis Palatinus Oliner
 Cum geminis natis, atrox aliunde puellam
 Grillassus querit, Rolandoq; obuius optat
 Ire, vel Albano Heroi, queis sæpè minatur
 Excilium, & Carlo bis sexq; quiribus vna.
 Nam verò Abaracam Scithiæ, qua Regia sistit
 Angelicæ rabie & nimio compulsus amore
 Oppugnare parat cælos, & territat armis.
 Illicet ergo decet, Clouer de stirpe creatum
 Conuenias Regem, Rinaldum mittat in oras
 Tartaræ, deceptus ubi retinetur amore

Rolandus, dic sic Regi si hoc credere dignum est,
 Haud mora, Rinaldus mittetur primus ad hostes.
 Occidetur vbi Gridaffo, & gente feroce
 Tartareæ, nec enim tantis obsistere quibit
 Viribus: interea sed dum proficiscitur ille,
 Mittito Sarmatij's legatum Ammone creatum
 Deferuisse urbem Illyrie & ditione relicta
 Effugisse, idèd capiendæ protinus Urbis
 Tempus adesse sibi, queis non infestior hostis
 Rinaldo, quem pro pretio liquisse tyranno
 Sarmatice sceptrum, magno memorabere Carlo.
 Sic in eam vertes odium, nunc Regis amorem,
 Quo fauctore, palam tantum insectaberis hostem.
 Fimerat nondum cum diebis Ongius illis
 Adde opus Galaon, nam consulit illico Regi
 Rinaldum mittat in igni Galafronis ad urbem,
 Quæsitum Anglanti Dominum, Rex protinus a se
 Rinaldo inbet acciri, simulatque ita fatur.
 Magnanime vbi fili pot' ulorum maxime Ductor
 Maioratus quoniam nostris parere libenter
 Semper es affuetus, ne quid me velle putas si
 Quod max non faceres, tamen hoc super omnia nostro
 Obsequio, tibi gesta vnum, quo pectore fo. ti
 Quoque soles animo facias, Galafronis vt hostis,
 Trisidij's quibus ipse velis, accesseris cras.
 Querere Rolandum tam nobis prole propinquum

Ingētis
 quæsitum

Ingētis he
 non volente
 affectus.

Pro

Prò bella Angelica errantem, iam sole ter annam
 Circumuoluenti, quem scis tecum esse necesse
 Nobis in Turcas, Hunnos, qui nostra frequenter
 Agmina conturbant, cui sic Albanus heros,
 O dictatorum, respondit, maxime Romæ,
 Cuius in obsequio, quæ sunt mihi facta, vel ultra
 Efficienda, nihil reputo, vel si mihi totum
 Transire Oceanum, terræq; extrema iuiteres,
 Si vel Hyperboreos, Syrtesq; intrare feroces
 Caucasios montes, si quidne latentius extat,
 Omnia lustrassem, si te fortasè iuuaret.
 Res ubi præsertim cognati armisq; sodalis
 Me Rolandi adigunt, pro quo perferre labores,
 Pro quo sponte necem nunquam tolerare negabo.
 Dixit & ardentes armis radiantibus ignes
 Induitur, lateriq; enses, capitiq; nitentem
 Imponit Galeam, erectis in vertice cristis
 Baiarumq; ascendit equum, dextraq; trementem
 Hastam, ancile gerit leua, super illius orbe
 Celatus Mambrinus erat, quem vicerat, eius
 Armaq; gestabat, de tanta insignia, palma.
 Pictus eratq; alibi Cloneus, qui dum fit in vndis
 Cristanus, supra caput eius constitit ales
 Ampullam ore trahens plenam redolente liquore,
 Quo Galli Cloneum, & cunctos de stirpe tyrannos
 Constituere sua, seruant semperq; liquorem.

Ornamēta
armati.

Hoc

Hoc ancile auro, & Fisbertum condidit ensem
 Munificas, opifex insignis in ære colendo,
 Et Durlintinum, tamen hic fuit Hectoris ante,
 At nunc Rolandi, non inferioris in armis.
 His munitus, equo exultat, præsentiaque optat
 Esse pericla sibi, quæ iam putat esse futura.
 Rinaldus, quamcumque moram dimensus in annum,
 Et Baione, vrbi Illyria ductore relicto,
 Leucoteam, qua Carlus erat, iam deserit, atque
 Hybleos penetrare sinus, Hypanisque fluentia
 Longa parat, forti stipatus fratre Richarto,
 Et Philomeneo, & pariter Tinganore, fidis.
 Hij se Rinaldo heroës, iugentibus eius
 Auditis gestis, socios statuere, relictis
 Sedibus, & sacris, Græcus quorum alter, & Apher
 Alter erat, queis nemo suis regionibus, armis
 Altior, aut virtute animi præstantior esset,
 Iamq; Ammonesatus Scaldis tenet alta fluentia
 Littora, vbi luco mons est qui cingitur atro
 Assidua pinu, mirtoq; & robore denso.
 Inque vicim ramis se connectentibus, vmbra
 Obscuræ atque altæ frondoso culmine surgunt,
 Qua nulla apparent vestigia, qua vianusquam
 Certa datur, procul audiri tamen vndiq; voces
 Lamenta & questus, diuersos atque tumultus
 Infelicum hominum, qui versi in plurima monstra,

Durlintinus
 Rolandi
 ensis.

Leucoteam
 id est, Par-
 thinos, vr-
 bam, cuius
 oppidū Pro-
 tomeus ap-
 pellat Leu-
 coteciā hi-
 autem per
 syncopein
 Leucoteā.

Ammones
 fatus, id est,
 Rinaldus.

Descriptio
 luci.

Non

Atalantus. Non potuerè Magi fugere argumenta Atalanti.
 Hic Atalantus enim Magica notissimus arte,
 Hoc nemo effinxit, quo condere posset alumnum
 Rugierum charum, quem cum cognosceret ante,
 Cedendum esse dola, si Gallas liber tuoras
 Pergeret, hoc metuens his vallibus abdidit illum.
 Conubio priuans, pulchra Bradagmantis amat &
 Coniugis, incassum quæsitum sæpius illa.
 His Melgissus eum inuenem, non inscius, olim
 Deceptum illecebris magici, vrsique medullis
 Nutritum, eripuit lucis, qui denique liber
 Ammonis natam, duxit non dispare sorte
 Ast Atalantus eum dein hac in valle recondit.
 Miratur, nemora alta videns, habitacula primans
 Pastorum, & nullo factos auctore tumultus,
 Cum fratre, & socys fidis, Albanius heros.
 Et qua plus strepitus, & plus horrenda videntur.
 Abrumpunt celeres, lustrantq; latentia syluæ,
 Educit rutilantem enses, per densaq; vibrat
 Robora Rinaldus, proceram vbi cæditur arbor,
 Fronsibus & ramis Dapnes imitata decorem,
 At mira auricomos producit acumine flores,
 Nullis visa locis, nullis natalis in hortis,
 Sanguine distillat ramus descissus, & intus
 Vox exauditur, me me te deprecor heros
 Cadere desinito, veteris si pectora amoris

Albani? he
 ros, id est,
 Rinaldus.

Observas

Obseruas partem, si qua pietate moueris.

Hic tua sum Bradagmas, Soror, et cbarissima pulchri

Rugieri coniux, pro quo dum per meo totum

Oceanum, libesq; oras, dumque alta trophæa

Exuper, simulata virum ferrugine clara

Me Lauri in speciem Magus his Atalantus in oris

Verterat errantem, coniux ubi Rugier una

Clauditur, auratis muris, quos prospicis inter

Fragineos fulgere umbras, frondesq; virentes.

Custodes valuas circum, duo magna, gigantum

Corpora, nocte, die vigilant, nemus omneq; lustrant,

Hac citò venturos, Atalanti carmine, namque

Inuicti, loca opaca anfos intrare, latebris

Includunt cæcis, nuper clausere feroces

Circasium, Sacripanta etiam, belli horrida monstra,

Atque etiam Astolfum, nigrumq; Aquilanta, potente

Cum patre Oliuero, Gryffonte vnaque feroce,

Fortibus atque alijs, vobis obscurius antrum,

Maius eritq; malum, nam me lesistis amantem

Rugieri sponsam, sub me latitantia forsan:

Balthea ni capias, aurata his cinctus ab atris

Eripere magis dedit hæc Atalantus alumno

Rugiero mihi, sed coniux cum crescere syluis

Cerneret, eiecit, sed me non Balthea iacta

Eminus attigerant, his erga tutus in altas

Merlini ingrediere arces, Atalantus ubi stat

Bradagmas
in arborem
conuerfa, &
qua ratio-
ne.

Inclutus

Inclitus, interea sed vos, iter omneque vestrum
 Agnoscet, mentemque etiam qua pergitis illuc
 Diuinam, monstrabit item simulacra tuorum
 Maiorum, pariterque nepotum, ac clara Pepina
 Stemmata, magnanimos. Carlos, Regemque Philippum
 Casus atque tuos, plus his audire volentes,
 Amplecti & ramos charos, dareque oscula trunco,
 Conantes Ammonesati, pariterque sodales,
 Ecce repente vident, geminos stridentibus armis
 Aduentare viros, immani mole per umbras
 Fatalis nemoris, quatientes tela potenter
 Fraxinea, impulsis & equis in aperta ruentes
 Prælia, sed, primis congressibus ante petitis,
 Audaces Philomeneus, Tynganor, equorum
 Ora resoluentes, concurrunt protinus hastis.
 O quicumque, sacrum ferrum violastis acuto
 Ausi intrare nemus, medio certaminis huius:
 Dicite, quis casus vos huc tam dirus adegit?
 Custodes aiunt, multo plus forte beati
 Si via vestra locis alijs directa fuisset.
 Diuistis enim pretiosa ex arbore rorum
 Quem violare nefas Atalanto, triste piaculum
 Et graue Rugiero, quare nuuc corpora vestra
 Claudentur tenebris, pastu tradenda Draconi:
 Qui nemus hoc seruat, certis ambitque diebus,
 Nec minus econtra Tynganor, Doricus heros,

Exultant

Exultant dictis, & eis tam dira minantur,
 Ni sese dederint, seuæ iamque omnibus iræ
 Altius insurgunt, volitantq; per aëra fractæ,
 In congressu hastæ, & gladijs in prælia acutis
 Irruitur, resonatq; fragor, nitidæq; resultant
 Ex armis flammæ, mora nullâ interuenit, ictu
 Sylua frequente tremit, disiectis vndique ramis,
 Iamq; obluçtari cum corpore, brachia robur
 Exercere suum, clypeis post terga Gigantes
 Demissis, pare quemque suo conuoluer vna
 In terram pronos, lucus tremit ipse, ruentum
 Horrendo strepitu, veluti quando irruit alto
 Quassa Euro, & Zephyris rapidis ex culmine rupis
 Ad Rhodani, ita, sine Oxis Reniq; fluenta,
 Attoniti, audita tanta obstupere ruina
 Agricola, fugiunt, soluuntq; repagula campis
 Quadrupedes, latebrasq; vnas animantia querunt,
 Haud secus, ingenti nemora intremuere ruina
 Bellantum, sed prostratos super, ecce Gigantes
 Deinde ruunt alij, quos dum vincire laborant
 Et spoliare armis, iucisq; abscondere tectis,
 Conantem Philomeneum consurgere terra
 Et socium, surgunt primi, & noua prælia contra
 Ambo Ammone sates diro iam Marte ruentes
 Committunt, iterumq; nouas vmbonibus hastas
 Confringunt, primoq; Richartus sternitur ictu,

Certamen
 custodiæ
 moris.

Collatio.

B

Cum

Cum socijs ad speluncas quem ferre ligatum
 Dum Pagani instant, mora nulla Albanus Heros
 Balthea succinctus belle Bradamantis, & ausus,
 Fisbertum dextra vibrat & super ora Gigantis,
 Obuia, tanto agitat strepitu, quod equilia rostra
 Semianimum amplecti, atque alio mox vulnere vitæ
 Perdexe cogat eum, in cælum clamore leuato.
 Obstupidi, quis posset eos superare Gigantes,
 Insidijs spretis Magicis, queis fortia tanta,
 Insuperabundi vinxerunt corpora luco?
 At circumfusi dextra laeuq; fatigant
 Rinaldum, surgitq; euadens vincta Richartus
 Ense aperitq; viam, fratriq; adiungitur heros.
 Hic eques, ille pedes, fugiente perania luci
 Quadrupede horrentis, pugnant simul agmine factio
 Paganos contra, qui iterum se corpore vasto
 Immiscent cum Ammone satis, ast ense Richartus
 Atque animo fidens celeri salit impete retro,
 Percutit atque inter scapulas, & colla Gigantes
 Colla, dracontino, corio, supraq; trilici
 In thoraca omnem lorica instrata, ruentis
 In se monstrosa propius iam mole Gigantis
 Illa Rinaldus gladio transuerberat, vna
 Corpus agens furtim, in vacuum cadit hostis adactæ
 Instar turris, equo, clamores rursus acerbos
 Ingeminant socij & gemitu procul omnia turbant

Quando

Quando suo, ut Tauri, maculatam sanguine ter.
 Conspexere, cauant, implent mugitibus Æthra:
 Obuia quæq; petuntq; secant atque aëra cornu.
 Sic numero æquales iam facti, cæde suorum,
 Fratibus ambobus, qui post uenere Gigantes,
 Ferratis clauis vastis auxere furores,
 Sæua duella orsi, solùm tamen ambo frequentant
 In Rinaldum ictus, vnoque ingente coactus
 Baiartus, flexo capite inclinatur arena.
 In caput & thoraca alter dum maximus ictus
 Descendit, Clypeo se Albanus obtegit omnem,
 Per medium geminis riuinis ancyle fatiscit
 Auratum, in planum torqueturq; ærea cassis
 Tergeminata globum, per nares oraque teter
 Sanguis abit nimius, quem dum super alter obumbrat
 Cuspidis æratæ clauam clypeo excipit audax
 Rinaldi frater, tum semisopitus in altum
 Se Rinaldus equo velociter erigit ira,
 Et punctim ferit in medium, qua sunt sita, frontis
 Lumina, perdit atrox aciem vocemq; supremam
 Edidit, & vasto metitur corpore terram
 Paganus, geminans voces vir deinde superstes
 Fergotum vocat atque Gian, & Calligoranta
 Atque alios, vox interea, sed nescia cuius
 Auditur fortis: properate Ammone creati
 Incustoditas valuas accedere, cassis

Sarcasmos
in hoste.

Excubijs, nondum sonuit, quando ecce Gigantum
 Plurima turbauit, magno atque horrente fragore
 Armorum, quibus aspicitur splendescere lucus.
 Ast Ammone sati, reliquo mox fortiter hoste
 Prostrato valuas caeso custode patentes
 Intrarunt, strictis gladijs, at limina circum
 Apparent formis diuersis monstra, fuere
 Quae tamen ante homines, mirari haec ipsa videres
 Heroas magicis securos astubus, ambos
 Per medios vrbs cantat et tendere vicos.

Draconis
 nemoris
 vastitas.

Baiartum interea, sed ibi dum forte repertum
 Ad praesepe locant, vasta in penetralibus aule
 Horrendum spectant subito mirabile monstrum,
 Igniuomis oculis flammam & naribus efflans,
 Ora, caputque fero, sed multo immanius, angui
 Assimile, at dorsum spinis exhorret acutis,
 At vastis pedibus sunt longi quatuor ungues.
 Hoc stabant hominum complura cadauera circum
 Semesa, ast atrox dum ruminat ore voratas
 Caesorum carnes, visis fulgentibus armis
 Concitus exiit rabie fremituque repleuit
 Aethera, quando ruit veluti vis fulmen ab aethra
 Concusis inter se nubibus, illico motu
 Collato à fulmine. Terra videtur agi subito, non secius ingens
 Sylva tremit fremitu monstri, imperterritus autem
 Astitit Albani Dominus, cessareque fratrem

Marte iubet, gladioq; inhibet fera colla draconis.
 Vnguibus ille ferox præcutis aëra frustra
 Lancinat, hac illac instans transfigere corpus
 Rinaldi, fugit ora celer vibrantia monstri
 Rinaldus, ferit atque inter præcordia dura.
 Ast ensis resilit nullius vulneris auctor
 Ex cute plus saxo rigida, draco tergora cauda
 Verberat, & spinas dorsivrabie excitus atra
 Erigit, & celeri se colligit aëre saltu,
 Plus veloce aquilæ prædam raptare volatu
 Conantis, caput ex humeris Ammonidis ore
 Instat acuto anidus diuellere & vnguibus vucis.
 Rinaldus gladio se monstri ex ore tuetur
 Obscurante auras tetro spiramine puras,
 Et sese abscondens clypeo ad latus impiger hæsit
 Horrendi monstri, & ingulo totum abdidit ensem.
 Omnipotente Deo, diuaq; parente vocatis,
 Corruit extemplo sublimi ex aëre monstrum
 Terrifico cuius strepitu tremuere cauernæ.
 Fatalis nemoris, fumiq; ex ore leuati
 Ietiferi spatium replerunt vndique totum,
 Semianimesq; ruunt fratres secus ora draconis
 Rinaldus, paruo distans & tramite frater,
 Qui citius surgens Rinaldo, accessit ad illum
 Expirasse animam visum, mox deinde perempto
 A monstro, corpus diiunxit, aquisq; rigauit.

Obtinuit sensus vitales cepit & auras
 At postquam festi placidam cepere quietem
 Exurgunt, tenebras iam sole ex orbe fugante
 Progressiq; ultra ascendunt cristallina teeta
 Ingentes supra montes, quæ excelsa videntur
 Eminus & primo intuitu aspexere sedentem
 In solio cinctum gemmis Atalanton & ostro
 Transparente etiam muro fulgentia cœli
 Sydera, Ledeos fratres, Atlantidos, vrsæ
 Custodemq; bootem vna, orionaq; clarum
 Nec non Philyridem scindit, quem Lacteus orbis
 Atque etiam obliquæ bis sex animalia zone.
 Inferius multos proceres sibi stare coactos
 Viderunt, iuxta si Atalantum martius astat
 Rugier, insignis forma atque potentibus armis.
 Illic Circasius, membra & laceratus Orillus.
 Integer inq; vicem rediens, Gryffonq; superbus
 Atque Aquilus, genitor nec longè assistet Oliuer,
 Atque alij heroes, noti ignotiq; potentes
 Ingressos fratres fulgentiaq; arma per amplum
 Aulæ spacium, nouit Danesius heros,
 Nouit & Astolphus cuncti mirantur & illos
 Præterisse nemus, sed non Atalantus amice
 Quos arces siri in meliorem iubet, atque tumultu
 Sedato Aulæ, placato & murmure tandem
 Sic compellat eos stupidos ante ora suorum

Magica
 Orilli trās
 mutatio.

O dictatoris firmissima robora Carli
 Ammonis proles, quorum me fortia gesta
 Non latuere, latent nec nunc, custodibus huius
 Occisis nemoris, sed non sine numine summi
 Rectoris cæli, quo nunc fautore per istas
 Præcipue ingressi regiones ambo supernas
 Discetis vestra, & vestrorum facta nepotum
 Maiorum & casus varios, pænasq; malorum
 Quæ simul acciderant memoranda exempla sub ævo
 Vix Atalantus ait, mox & conuiuia plena
 Apparent subito & lituis sonat omne theatrum
 Conuiuas circum, viso letantur amici
 Rinaldo, Carloq; super quam plurimarege
 Et paribus rogitant, Atalantus protinus ipsum
 Rinaldum accipiens penetralsistit in aula
 Attonitus, sed dum frater compellat amicos
 Liminis ingressu primo dedit aula ruinam
 Impulsa horrendo strepitu, subitoq; tonitru
 Rinaldus ruit in spatium, stupefactus & amens
 Obscurum atque altum, veluti cum cymba profundum
 Mergitur in pelagus ventis atque obruta nimbis
 Conclamat vector, voces inq; ætera promit
 Nescius ipse sui, tum si maris vnda lenauit
 Nauiculam, sursum ventis & fluctibus acta
 Inq; repente tulit portum, securam terre
 Luctera, letatur rursus grateq; supremo

Rectori iam tutus agit, non secius ille
 Labitur inferius longum per inane coactus,
 Nescius & subiti euentus se credit Iesu
 Et vacuo strictum vibrans super aëre ferrum
 Plurima mente heros voluit, vestigia tandem
 Figit humi, lucemq; videt splendescere tanquam
 Perrimas, audit captiuamq; corpora quaedam
 Vna queri: tandemq; Atalantum nouit & vna
 Alloquitur cantem, mihi nunc ò inclyte rerum
 Expone interpretes, quæ hæc sint loca, quine dolentes
 Hac homines? vnde aut ruimus? sopor vrget an vllus
 Me fessum? an forsitan rapior captiuus Auerno
 Cui tanti euentus Atalantus retulit autor
 Rinalde armipotens, locus hic, quem conspicias, antrum est,
 Illorum voluere sacrum qui scindere lucum,
 Hos inter socius Tinganor clauditur, vna
 Et Philomeneus, quos nunc affariet hora
 Nos prohibet, superas tamen illos mittere ad aulas
 Polliceor, claris cum heroibus, vt que merentur
 Cum ducibus, donec Socijs stipatus eisdem
Egrediare, velut primum de limine nostro,
 Hæc fatus, liquidos campos patefecerat amplos
 Fontibus irriguos & lato flumine cinctos
 Floribus, arboribus, ornatos atque viretis
 Pluribus, intenso flagrant vbi cinnama odore
 Nardusq; & costus, nec non byacinthus & vrens

Descriptio
 Nemoris.

Zinziber

Zinziber, & casia, commistus mollis Achantus,
 Diuersi gratiâ, alij sine nomine odores,
 Hos inter dumos foliorum umbrasq; virentes
 Nympharum chorus angelicos extollere cantus
 Auditur, quarum medio super omnibus vna
 Logistæa canit regum pulcherrima laudes,
 Cuiusq; illarum florentem dextra coronam
 Fert, donandam illis qui longo flumine vecti
 Nauigys, meruere locos hos cedere amenos.
 Nauigia hoc etenim flumen quamplurima verrunt
 Ad varias sedes. Tunc sic Albanus heros
 Admiratus, ait, dic nunc interpres & oro
 Nauigia hæc quæ multa secant has fluminis vndas
 Quo properant cursu? quas tendunt denique ad oras?
 Cui sic ille senex magicus responderat, hæc quæ
 Nauigia spectas dextra læuaq; bisulci
 Fluminis alne heros læta altera & altera mæsta
 Magna dicant, dextra quæ nant, cepere coronas
 Lætitiâ à nymphis, quæ læua prorsus in altum
 Merguntur pelagus cum sulfure & ignibus atris,
 Horum Alina gerit quæ spectas ipse cruenta
 Vexilla, & spiras textas nigrante cupressô,
 Indicium iniusta quod cede doloq; parant
 Vectores palmam, quam sic voluere vocari,
 Nauigio quouis agnosces facta vehentum
 Quæ acciderant illis, vel sunt ventura sub euo.

Vectores
 p. aluic

Nonne vides leua nanim? que prima profundo
Ceruleo accelerat crinita Virgine onusta

Atque viris geminis vomitantibus ore venena,

Ulla est, audisti si vnquam, regina Rosenda,

Olli periuri sunt & Peredaus & atrox

Almyntbus, Domini maduerant sanguine quorum

Infunde dextra, nequam suadente Rosenda

Albunum regem, fama est notissima, postquam

Subiecit Gepydas, regemq; occidit eorum

Guismundum sibi connubio iunxisse Rosenda

Occisi regis natam namque eius amore

Virginis ardebat, tanto aste anupta marito

Pannoniae, Italiae, & Theutonum sceptragerenti,

Conata est illum insidijs occidere amantem

Dira suam, tantiq; odij & miserabilis irae

Causa suae fuerant conuiuia facta superba

Verona, fieri Albinus quae edixerat eius

Principibus regni, sua gloria gentibus esset

Nota palam cunctis, rex & regina sedebant

Conuiuias inter medios in vestibus ostreis

Argenti & solijs, rex, ut victoria parta

Ex Gepydais manifesta viris epulantibus esset

Conuiuij in medium duci cratera inbebat

Spumantem vino, gemmis circumdata & auro

Pars crateris erat caput infelicitis in armis

Guismundi, campo quem rex Albinus aperto

Rosenda
pro Rosi
munda co
iax Albu-
ni regis. Lo
gobardo-
rum.

Historie
& ceteris Al-
bunari nar-
ratio.

Albinus
rex iunior
har Roie-
mandam
sua coniu-
ge adhibe-
da egera-
tere facto
ex capite
Guismundi
regis Gepi-
darum, & pa-
tris ipsius
Rosende
seu Rose-
mundae.

Confixit

Confixit telo, & capite spoliauit & armis.
 Craterem dextra accipiens rex nectare plenus
 Libauit, bibe patre tuo dixitq; Rosenda,
 Tum regina nouoniueum diffusa rubore
 vultum, & egales spreuit mœstissima pompas
 Ante oculos cuius regni sua magna potestas
 Nil reputatur ei captiuam seq; vocari
 Hoc sermone dolet, quid frustra insana Rosenda
 Dedecus hoc reputas? vt fias ore peremii
 De decus in sæclis, dum tu vltrix esse tulisti
 In regem atque virum? quem nulla iniuria contra
 Te mouit chari potius sed amore mariti
 Te ex animo voluit? regina & feruida verbis
 Regis, ei interitum parat amens, tempus & aptum
 Comperiens sceleri Almyltum qui regis ab armis
 Primus erat, nimioq; illi deuinctus amore
 Sollicitat precibusq; frequens & munere larga
 Vt perimat regem ille suum, cui subdita fœde
 Addit adulterium promittens morte mariti
 Olli connabium: ille cebris allectus adulter
 Perfidus in votum dominæ descendit amice.
 Ast immane scelus hoc cum patre nequissent
 Absque ingente viro Peredæo assistere regi
 Assucto, quem rex infelix inter ephæbos
 Elegit proceres, sed non deceptus in illo
 Frangere ni fortasse fidem regina Rosenda

Rosenda in
 diuicium re
 git Albano
 vt eū inte
 rimat.

Cogeret

Cogeret insidijs illum, prius obside capto
 Sola expandit ei scelus hoc, quem cum prece nunquam
 Fletere colloquissq; virum potuisset amoris
 Vellet vt in regem facinus committere tantum
 Inuenit ecce dolos alios, scelera & noua tentat.
 Forte puellam huius reginae ardentem amaret
 Hic iuuenis, clam nonnunquam veniebat ad illam
 Vt potiretur ea, tum non ignara Rosenda
 Virgine deposita cum alijs, penetratibus ante
 Virginis est ingressa thorum, ac iurata cubile
 Sponte sua alterius bis aduitera adhaesit amanti.
 Cui se mox pandit, tetram caedemq; minatur,
 Ni sua vota simul peragat, concordia tandem
 Prava fit in fontem contra pactiq; nefandi
 Ignarum regem, qui cum requiesceret horis
 Aestiuis duce regina en Almylthus & alter
 Proditor, ambo sui domini in penetrabile cubilis
 Intrarunt strictis gladijs subitoq; ruerunt
 Regem carpentem somnos, placidamq; quietem,
 Intempestiuo ingressu salit excitus heros
 Electo, & transstro, quod solum comperit (ensem
 Maximamq; aliud scelerata absconderat vxor)
 Se infelix potuit periuro ex hoste tueri
 Exiguum tempus quo dentes contudit hostis
 Almylthi, dextriq; illum priuauit ocelli
 Lumine, ne bellus posset gaudere Rosendae

Optato amplexu, gladio Peredæus at illum
 A tergo ferit, & scapulas transfixit inermes
 At non Almylthus cessabat cominus vna
 Percutere, auxilium nusquam Rex saucius vllum
 Inueniens, propria occubuit moribundus in aula
 Pro nece Gnysmundi, sed quem nequiere Latini
 Nec superare acres Gepydæ aut obsistere multæ
 Neue aliæ gentes intra sua tecta quietum
 Occidere, dolo vxoris, quos nutrit ipse,
 Infandi iuuenes, tam diræ cædis ouabat
 Exanimumque virum calcabat adultera coniux
 Nescia venturi fati, quod perpete pœna
 Opprobrioq; instabat ei, mox criminis author
 Ad lacerum corpus fundit lamenta per auras
 Concurrere viri regis pueriq; puellæq;
 Et subito ingenti repleuit atria planctu.
 Supra omnes illum sua nata Albindia plangit,
 Dilacerata comas, alia quam ex coniuge quondam
 Albinus genuit, regem dum curia flebat
 Tota suum, meritaq; illi de more dicabant
 Inferias, regni sceptrum temerarius audet
 Præripere Almylthus nec non indigna Rosenda
 Sed spe frustrati regni sibi iure negato
 Regia gaza domum furtim cepere, pudicam
 Albinus & natam, quam iam pertæsa Rosenda
 Sponte sibi allexit geminaq; in naue per æquor

Dolo Ro-
 sendæ in-
 terficetur
 Albinus.

Fuga Ro-
 sendæ &
 Almylthi
 proditoris

Cum

Cum Perdeo urbem tandem venere *Rauennam*.

Rosenda
exulvenit
Rauēnā.

Huius enim terræ Albano contraria regi
Gens erat, atque eius vires experta timebat,
Longino Duce Iustino pro rege superbo
En ex regina peregrina & militis vxor
Facta Rosenda sui patrijs atque exul ab oris,
Hos ergo hospitio atque insigni excepit honore

Longinus
exarchus
violat Ro
sendā qui
vxorē vult

Longinus, quibus ampla simul conuiuia fecit,
Reginæ & primum, cuius deuictus amore
Hospitis Exarchus violauit strata, maritum
Olli se spondens, quæ, vt tot iam perditā regna
Instaurare noua posset ditione, cubile
Longini voluit ter nupta ascendere, morte

Rosēdæ &
Almilti
sui secūdi
coniugis
miserabi-
lis interi-
tus.

Coniugis Almilti cui cum daret impia coniux
Lethiferos potus sitienti, pocula sero
Senserat infelix quæ semiuorata coëgit
Criminis authorem tanti potare Rosendam
Hinc illam spectas Almilti humq̄ ore venena
Fundere, adulterij, cædis pariterq̄ nefandæ
Albuni regis pœnas sine fine luentes,
Tu quoque criminibus tantis non parua fuisti
Pars Longine eius forsā deceptus amore
Tertius esse volens alieno sanguine coniux
Tam seue vxoris, misere sic ambo perempti
A patria profugi, externis regalia terris
Gazareliquerunt, queis non potuere inuari

Nec

Nec stupro gaudere diu, votisue potiri.
 Discant vxores uate parere maritis
 Ferre iugum, ne uelle suum malè verba notare
 In caput, ut violent in postera secla pudorem:
 Album & uatam cuius de stirpe, marito
 Narse suoq; uenis in dextra parte Videbis
 Fluminis, illustres ubi magnis ire triumphis
 Heroas nosces, sed nunc exempla sequamur
 Qui à leua apparent, iam nauì herere Rosendæ.
 Aspectas nauim, laceram sua membra puellam
 Quattuor inter equos, quæ fert & lumina fixam
 In tellure uirum uertentem terga puelle
 Indignandum Bruchilla hæc creditur vxor
 Dira Sigisberti Gallorum sceptragerentis
 Vir tamen illo quidem Lutericus regis in aula
 Præcipuus, cuius iacuit Bruchilla cubili
 Incautè, tanti iam regia tota fuisset
 Conscia adulterij, sed cum rex ipse maritus
 In nemus ire suus venatum fortè pararet,
 Quamprimum intrauit fur tim penetrare cubilis
 Coniugis, illa comas dum neclit pectine fuluas
 Dumq; abstergit amans pretiosis ora lauacris
 Assimilis Cytberæ, igitur rex attigit illam
 Clam Thyrsos, obtutum tacitus retroq; refugit
 Tum regina altum lasciuo affatur amantem
 Ore suum, regem dum non patat esse maritum.

Historia
 Bruchillæ
 quæ & Ari
 nilla dicitur

Qui

Qui sua clam Thyrso pulsauit eburnea colla.
 O Luderice mei quid me petis aut hor. amoris
 Sic simulatus (aut demens) sensit q̄ maritum
 Perturbata suam, rex verbis turbidus ira
 Versat ubique animum, & tacitus proficiscitur, ardens
 Interea ingreditur Dominae Ludericus in aulam
 Venanti Domino se censens tempus adeptum
 Vt frueretur ea tunc sic Regina profatur,
 Quem latuisse putas noster Luderice tyranno est
 Iam manifestus amor, me senserat ille iocantem
 Absenti tecum presentem quem esse putaram
 Rex tenui Thyrso furtim mea colla feriret.
 Talibus obstupuit dictis, paulumq; moratus
 Sic Ludericus ait, felix ego cognitus essem
 Si nunquam Regina tibi nec lumine visus,
 Ille dies vtinam nunquam luce sceret orbi
 Si relegendus erat, nos vt pateremur amantes
 Qui Domini ante oculos nunc apparere valebo
 Non ignorantes scelus hoc quod fecimus illi?
 Nec tibi nec mihi opem sum compos ferre, saluti
 Neue cauere vsquam nostrae, instantiue periclo
 Nec reperire modum, quem fatur Arimia contra
 Indignata satis, timide abiectissimeq; vna
 Degener atque animo vir, quid terrere pusillis
 Vsque adeò rebus? facile eripiere periclo
 Hoc, quod ais tanto, redeunt em namque tyrannum

E luco, ferro ignotus vir figet acuto
 Pectoris in medio, dixit, talisq; sequuta est,
 Proh scelus in regem cæles, eiusq; nepotes
 Infantes partim ferro, partimq; veneno
 Fœmina crudelis necuit, sed filius eius
 Succedens regno pro patre Lotarius, ipsam
 Accusante omni populo pro talibus ausis,
 Damnauit matrem morti, quam cernis e quorum,
 Ex quo regē etiam partim procedis, & vna
 Carolus, ut influuij dextra quoque parte videbis.
 Non procul, hinc alias à leua herere carinas
 Aspectus, quarum reliquis præstantior vna
 Nubibus obfuscata virum fert corpore nudum
 Lumina defixum terræ, calcaria sursum
 Querentem manibus vestes, queis protegat ora
 Ne circumstantes appareat ante tyrannos
 Proditor hic patriæ est dirus. Iulianus, Iberos
 Qui infantes populos alieno crimine Turcbis.
 Tradet ob vnius noxam furias Roderici
 Hesperie regis, cælum calcaria contra
 Eleuat infide genti, nempe ille cruorem
 Innocuum prodet Christi super astra sedentis.
 At caput immersum pelago designat abyssum
 Perpetuam esse domum, & nunquam superabile sæclis
 Supplicium, quod Tartareis penetralibus vna
 Cum Iuda patitur, quem iuxta filius atrox

C Arturis

* Aduer-
tur.

Arturis * *affertur nunc sursum, nuncq̄ deorsum*
Turbibus nigris agitantibus vndique cimbam.
Hic patre rege suo viuo succedere regno
Vi voluit, patremq̄ aduersus praelia gessit
Cum regni sceptrum genitor confideret illi,
Et tandem occubuit praecuta saucius hasta
Cum patre congressus forti, Iulianus & alter
Est miser ille veheus flammis imitante carina
Sulfureas quarum medio stat diuus & ardens
Perpetuo siquidem voluit contendere summo
Cum rectore, eius praeceptaq̄ temnere nati
Mortem pro nobis & dira piacula passi
Ecce autem in picea si spectas ipse carina
Ire virum, circum monstris efflantibus ignem
Naribus, ille cauens nunc dextra nuncq̄ sinistra
Effugit & pelagus se mergere tentat in altum,
Sed monstris prohibetur eis. saeuq̄; dracone,
Qui velut aura, celer patulo circumuolat ore,
Nauigium, Solymanus hic est qui perdere sedem
Pontificis Christi conabitur atque fideles
Afiduis Christi populos euertere bellis
Ni fortasse illum rex Carlus nominis huius
Induperatorum quintus, suus atque Philippus
Filius, expulerint nec non dare terga coactum
compulerint, vltra vt spectabis, Carlus at idem
Illum alia ardenti septem serpentibus atris
Quinaui aduebitur flammis iactante corona

Contectus caput ignita & ferrugine corpus
 Subijciet bello, atque audaces Saxonas armis
 Germanosq; etiam nempe ij voluere, relictis
 Decretis patrum sectari dogmata falsa
 Religionem hominis periuri & demone capti
 Efferus absorpsit triplici quem Cerberus ore
 Euomuitq; vna viuum penetralibus Orci
 Tartareis, vbi perpetuo torquetur igne.
 Quem iuxta aduehitur manibus Theomilla reuinctis
 Contegere ore nates conans se vt protegat igne
 Labenti internum per viscus vt ardeat omnis
 Accusauit enim liuore excitus Oliuam
 Turpis adulterij in fontem castamq; Pepine
 Germanam, matremq; Henrici principis almi
 Filius hinc Galaon quem iure Pepinius heros
 Dictator, morti atroci damnabit ob ingens
 Proditione scelus in vos quod fortè parabit
 Ezechue ad valles tradet Vasconibus omnes
 Nanque Palatinos gemitus tunc edidit ino
 Pectore Rinaldus lachrymis atque ora rigauit,
 Teq; odijs vsque ad mortem conabitur idem
 Perdere & insidijs, quamuis tamen ipse labores
 pertuleris tantos, ibis regnator ad oras
 Trapezuntinas quas subdes deniq; Carlo
 Quid memorem innumeros alios? qui has nauibus vndas
 Prætereunt postquam cædes, periuria bella

Hæretico-
 rum perni-
 dia dam-
 nata.

Theomil-
 læ perfidi
 supplicia.

In patriam, & leges in natos, inq; parentes
 Commiscere dolo, quiq; equos perdere mores
 Et sancire novos voluerant numina contra
 Trans flumen speluncam alto sub culmine montis
 Prospicis obscuram cuius vapor ore lenatur
 Qui assidue sursum vergens fit caerulea nubis.
 Septem illic habitant, tristes atraq; sorores

Allegori-
 ca septem
 letitia
 minia.

Hos que vectores primo comitantur ab ortu
 Hunc vsque ad tetrum, qui à lenalabitur amnere
 Quos vbi ad has ripas duxerunt, riuus in atram
 Speluncam celeres intrant, alioq; educunt
 Hoc itere ad populos adeunt, mortaliaq; vna
 Sollicitant corda inuidia, atque libidine tetra
 Pigritia, atque gula, simul atque superbia, & ira
 Nec minus alterius desideriaq; cubilis.
 Vrgana est harum princeps inimica pudice
 Logisthae eius maiore etate sororis,

Logistha
 maga bo-
 ni.
 Allegori-
 ca septem
 letitia
 minia.

Atque etiam. Alsina tamen huic charissima sistit.
 Haec etenim egrediens antro, discrimina, lites
 Seminat infandas & fœdera cuncta refringit
 Exagitare viros ira, pacemq; fugare
 Compos erit fratresq; simul connectere bello
 Artibus haec magicis quem vult inclinat amori
 Dirasuo, placidusq; includit in arcibus vltra
 Has altas ripas per quas transire cauebis
 Hoc antro egressus, sed pratereamus ad amnis
 Ostia dextri, alacer qui tot se nauibus offert.

37

LYRAE HEROICAE

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM II. LIBRI.



Talátus nulla intermissione facta prosequitur suam narrationem, manifestas Rinaldo, reges, heroes, reginas, foeminas illustres per fluuium dextrum nauigijs vehentes, primumq; auspicatur sermonem à foeminarum laudibus, nimirum eis prius infensus videretur, idcirco à regina Isabella vxore regis Fernandi, qui Ilberim expugnauit exordium sumit, cui inter excellentes reginas palmam defert, dein ei æqualem tribuit palmam Isabellæ Imperatrici, vxori Imperatoris Carli quinti, & matri regis Philippi, commendat etiam maximè Isabellā Vallesiam tertiã, vxorẽ regis Philippi, & filiã Henrici regis Galliarum, dein quartam eius coniugẽ Annam Austriam filiam Imperatoris Maximilianii, aliasq; illustres foeminas, Reginas, Duces, tandem inter reges auspicatur à rege Fernando, primæ marito Isabellæ, & dein à Carolo Imp. V. & à rege Hispaniarum Philippo, & eius filio Iacobo, & dein à Ioanne Austrio eius fratre, & filio Caroli Imp. V. & dein à Francisco Galliarum rege & eius filio Henrico, tandem ab Illustribus. Regibus, & Principibus, & Heroibus, describitq; etiam orna-

tum, splendorem insignia nauium, qua quisq; eorum vehitur in fluuio, declaratq; Rinaldo eorum celebrata encomia victorias, trophæa, tandemq; ipsum Rinaldum recto ordine procedere ex genere regis Albuini Longobardorum, obiterq; refert nonnulla alia annalia præsentium præteritorum, finito sermone Atalantus Magus in palatijs Legiſtææ ſe recipit cum Rinaldo, vbi ſplendidè & opiparè conuiuium celebrant in muris atriorum plurima ſimulacra conſpiciunt regum Iſrael, Doctorum Eccleſiæ, ſummotis ſtatim menſis, toris variè ornatis quieſcunt.

A L L E G O R I A.

SVB perſonis illis magnificentiſſimis, quæ in dextro vehuntur flumine, intellige, animas eorum, qui, vt Deo inſeruirent & regi, & vt patriam tuerentur præclara facinora, & heroica geſta cum religione & virtute patranſes, æternæ gloriæ coronam meruerunt, per ornamenta varia & insignia nauigiorum, quibus vehabantur, intellige optimos mores, & virtutes, & geſta, & trophæa, quibus ſua tempora illuſtrarūt. Per Atalanti Magici enarrationem, intellige famam, quam viri illi illuſtriſſimi in hoc mundo reliquerunt, per ſimulacra Regum & Ducum Iſrael, Doctorumq; & Martyrum Eccleſiæ, intellige, quo pacto ad ſulcandū yndas fluuij dextri cū illi ornatiſſimis nauigijs quæ

quæ sunt concilia & decreta almæ matris Ecclesiæ, opus sit imitari, virtutes & exempla sanctorum virorum, doctorumque illorum, quorum vestigia sequuti, ad æternæ vitæ gaudia perueniamus.

LYRÆ HEROVM

LIBER SECVNDVS.



*T ne vos verear quicquàm lesisse puella,
 Leua in parte huius si fluminis, ipse pudori
 Detraxisse prius vestro, quam fortè virorū
 Pertulerim, dextra nunc parte assistite primæ.
 Semper enim vestris causis sum miles in armis,
 Afsiduusq; etiam vestri protector honoris.
 Nunc Ammonia des genus alto à sanguine Clonei,
 Albuūq; etiam, mibi te conuerte loquenti.
 Nympharum ecce choro tibi visa accedere nauis
 Clara auro & stellis radiantibus vndique ripis
 Circum amnem, fert in medio quam prospicis illam
 Virginea insignem forma vultuq; puellam
 Sidereo, cuius campo diffunditur omni.
 Gratus odor, manu vtraque gerit duo regia scepra
 Indut. i albenti chlamyde, & velamine puro
 Isabella quidem est coniux pulcherrima regis.*

Prosequitur
 tuam
 narratio-
 re Atlas.

Apostro-
 phe ad Ri-
 naldum.

Isabellæ
 iux clarif-
 sima Fer-
 dinandi V.
 catholici
 cognomi-
 ne.

*Fernandi, regina omnem celebranda per orbem,
Gloria, cuius erit Romanis digna trophaeis
Augusti, meritis & erit par fortibus illa
Regibus, ex oris nam Mauros pellet Iberis
Iuncta viro equali, Thyomyris cui clara virago
Cedat sponte animo, si qua altera vel fuit unquam
Fœmina bellipotens, cedant virtute priores
Olli regine castæ, queis bella pudore
Non erit inferior, vel si numeraueris omnes.*

Vestium,
quas gesta
bet, ratio-
nē reddat.

*Propterea puram chlamydem vestitur & albam,
At duo sceptrâ gerit, quorum vno Hispania regna
Iure reget, condetq; equas in secula leges.*

Sacerorūde
fide quæsi-
torum pa-
trum initi-
tutio.

*Ast alio, Christi populum defendet ab hoste
Religione, fide, Turchas conuertet & Indos,
Subicietq; Petri sceptro, & solennibus aris.
Instituetq; novos diuina ad sacra tribunos,
Qui præcepta patrum, summi legemq; tonantis
Defendant contra infidos, vitæq; perennis
Interruptores, in quos æquissima promet
Supplicia, & sceleris commissi in numina pœnas.*

IsabellæCa-
roli V.

*Nauijs illis quæ splendent vndique gemmis
Diuersis, nec non nitidis adariantibus, auro.
Isabelle aliæ geminæ ducuntur amictu
Purpureo, quarum vna vxor clarissima Carli
Gantauij, Hesperie regis dominiq; Quiritum
Lusitanorum præclari filia regis,*

Non

Non erit inferior prima, virtute, pudore,
 Casta viro, diuinaq; nimis studiosa fidelis,
 Propterea inserta fertis, & flore, corona
 Cingitur omne caput, quam iuxta filia maior
 Est Maria Angelici vultus, soror alteraq; eius
 Incluta Ioanna, stella hæc erit orbis Iberi.
 Casta, pudica, grauis, præcunctis bella, potente
 Orba viro, Hispanos populos pro fratre Philippo
 Iure reget, lites pacabit, puniet hostes
 Clauigeri Petri, tenera quaetate puella
 Nulla fuit princeps meritis præstantior vnquam,
 Iuxta ergo aduebitur Romæ soror induperatrix
 Bella inter bellas Maria, hæc adiuncta marito
 Æquali, multis orbis dominabitur oris
 Adijcietq; nouas ad regna fidelia plebes
 Omnis Pannonie regi sinupta marito
 Maximio, super astra suo celebrabitur æuo
 Iustitia, atque fide, quam gratia iuncta decori
 Et maiestati, diuam tellure videri
 Efficiet, viden an illam quæ vestibus vna
 Coccineis tegitur, coniux velut optima Carli,
 Argento cuius crines nodantur & auro
 Letitia in signum, hæc est altera digna Philippo
 Isabella vxor, clarissima filia regis
 Gallorum Henrici, cuius Paana secutus
 Deficio verbis, tot se virtutibus offert,

Maria Ma
 ximiliani
 secūdi, so-
 ror Philip
 pi secūdi
 & Ioanna
 eius soror.

Laus Imp.
 Maximi-
 liani secū-
 di.

Et tot se meritis, erit hæc concordia belli
 Importuni at auum, nec non patris atque mariti,
 Hispanos Gallis æterno fœdere iunget.
 Hanc Deus ipse dabit pacem, miseratus eorum,
 Europæ populis, magna hæc de stirpe Pepinæ
 Et Carli magni nascetur, nempe tyranno
 Ex Ludouico eius nato, genus vnde superbum
 Regum Gallorum, nec non atque inlytus ille
 Franciscus, pater Henrici pulchra vnde Philippi
 Isabella vxor, cui totus obediet orbis
 Terrarum Oceani, cui tellus India diues
 Argenti, atque auri, extremis parebit ab oris.

En ratis altera adest septem radiantibus astris

Anna Au-
 stria Phi-
 lippi

Lucida virtutum, nec non & lumine claro
 Cipridis, & gemmis, hæc filia Maximiani
 Austrias Anna, super cunctis speciosa puellis
 Sobrina & coniux fertur præclara Philippi
 Ante diem raptâ Isabella, Anna austria cuius
 Et decor atque etiam maiestas, gloriaq; vna
 Est par Ideo quâs vidit monte, Deabus
 Priamides Paris, Andromeda maiorq; pudore.
 En ratis vna ingens his hæret nauibus, auro
 Splendescens puro, clarisq; ornata pyropis.
 Quæ varia illustres teneræ castaq; puellæ
 Muricibus Tyrijs omnes ostroq; nitentes
 Eminent inter eas genus, ecce Elnira Toleti.

Elnira à
 Toletis cõ
 iux Ducis
 Albæ.

Filia

Filia magnanimi de Lista principis Alba
 Alteriusq; Albæ coniux Ducis, hæcerit almi
 Induperatoris Tracum successio, nempe
 Constantini, eiusque hæredis, bella diserta
 Religionis amans, virtutibus inclyta multis
 Vtq; vides se deinde offert se principis vxor
 Rugomes, Anna à Mendoza clara Meliti
 Dux, tua progenies, nam magna filia Carli
 Ioneto dabitur coniux Amerinia nato
 Pulchra tuo, cuius de illustri stirpe nepotes
 Qui Italia dominantur erunt, sedemq; Melito
 Constituent qua deinde Duces succedere magni
 Incipient, Didacus Mendocius inclytus atque
 Filius, vnde Anna est illustris & vnica proles
 Tanta hæres, bellas inter, castasq; puellas.
 Aetereo formosa Elice velut axe resurgens
 Nobilium specimen, virtute insignis ab annis
 Et teneris, pietate potens, animiq; pudore
 Congenito. & Claris rubys & iaspide puro
 Cincta caput nitidum iuxta est en Mencia Petri
 Faxardi coniux Velius principis oris
 Conspectu cuius fieret modo fusca Medusa
 Quam, fama est, homines vertisse in saxa decore
 Supremo, puduisq; enim, nec Iuppiter lo
 Sic deamasset, eo si Stunica Mencia seculo
 Viucret Aeneadam soboles, cui gloria, virtus

Anna i Mé
 doça con-
 iux de Ru
 gomez.

Anna i Gi
 ron Faxar
 di Mar-
 chionis de
 los Velez.

Tanta

Tanta erit & probitas, cum relligione pudorq;
 Vt facile anteierit quæ nunc sunt orbe puellas,

Ludouica
 à Carrillo.

Post Bradamanta tuam, dein est Ludouica decora

A Carrillo ædis Mendocæ insignis origo
 Assimilis caput, vt spectas, Hyperionis orbi,
 Perq; humeros lænes & colla albentia, fuluas
 Sparsa comas, spiris vincitur tempora cultis

Leonora
 à Manucl.

Electro atque auro, sequitur quam pulchra Leonor

A Manuele pari & forma, pari & aucta decore

Clara pudicitia, virtute, ad se allicit omnes

Quot quot eam spectant, nimioq; inflamat amore

Aeolis gemmis niueum circumdata collum

Elenat humanas mentes vincitq; decore,

Illustres Lusitanorum interq; puellas

Apparet stella aurora veniente refulgens.

Maria à
 Chacó Fer
 dinandi à
 Rojas con
 iux.

At Maria hanc iuxta debetur. Chaconia coniux

Fernandi Rogei Gonsali filia clari

Quæ tibi conspicitur vultu regina sereno

Meta pudicitiae matronis, atque puellis

Nobilibus, cuius pietas comitata suprema

Nobilitate animos cogit mirari et illam

Propterea Hesperie prælata illustribus omnis

Matronis regis natos exempla docebit.

Ioanna Hè
 riquiacius
 filia.

Filia Ioanna iuxta est Henriquia neptis

Inchyta magnanimi Ducis insignisq; Dianes

Vnanimis cui tres Charites sua dona dederunt.

aut V

Et genus

Et genus, & formam, & magna pietate leporem,
 Par Veneri, par Iunoni, par illa Diane
 Eminet in fluuio, generosa, diserta decora.
 O trifero cultu, eximioq; ornata pudore.
 Isabella soror non impar proxima fertur
 Quam circum illustris fratris successio digna
 Tres ibi spectantur florente etate sorores
 Francisca & Ludouica nitens & Ianna decora
 Chama, & pariter Faxardica digna propago,
 Eximie quarum laudes virtutis, honoris
 Supremiq; pudoris item, variq; decoris,
 Perpetuo terris sistent exempla sub aeuo.

Naue micante auro nitidisq; ornata Amethistis
 Pulchra Theresa genus Castro, praeclara pro nepotis
 Beltrami Spelunca, armis animoq; potentis,
 Aduerbitur, Charites & eam tres sponte sequuntur
 Pandora ambrosium & fragrans inuergit amomum
 Fronte super, si religio si vita pudica
 Si virtus si cana fides spectantur in illa.
 Quam spectas illam medio fulgere carinae
 Aemula tota tuae Bradamanti bella sorori
 Pieridas spoliat cantu, cogitq; silere
 Sidereo aspectu pariterq; lepore supremo
 Orbe omni atque ultra Maria est Aragonia nota
 Quae veneris puerum virgo aspernat ur amorem
 Anna subit generosa Aragonis stirpe vocata

Theresa à
 castro filia
 centis Lē
 nij.

Maria de
 Aragon.

Anna ab
 Aragon.

Quam

Quam contra spectas nitidas vestire lacernas

Sardonichis fertas adamante & iaspide pura

Hanc longis multi heroes ex finibus orbis

Optabunt, eiusque super connubia longum

Contendent tempus, iuxta sunt pulchra Beatrix

Atque etiam Francisca, Anna soror utraque bella

He genere & forma nec non virtute, decore

Æquabunt Athlantidibus quæ sydera celo

Nunc fulgent famaꝫ pares ea denique tangent.

Sugrubie ducis illustri de stirpe vetusta

Cardone natas en quattuor aspicias inter

Egregias reliquas proceres lucere puellas

Eximie quarum laudes virtutis & vna

Sanctorum morum quos applicuere decori

Eximio cogunt tantæ mutescere musas

Filia Muricie exarchi Faxardica proles

Anna Fa-
xardo.

Anna subit nitida prestanteꝫ corpore forma

Prædita, Rolandæ sponse nimis æmula belle

Quam qui prospiciunt stupidi redduntur & vna

Mirantur, tanti authorem laudantꝫ; decoris

Ambiguum, maior virtute sit anue decore

Que exanimat quemcunque virum qui conspicit illam

Maria de
Cardenas,
cõsux Mar-
chionis Al-
mazan.

Ecce Maria quidem Cardena est pulchra Macedæ

Nata ducis, cunctis notissima finibus orbis

Nobilitate, animo generoso, moribus almis

Virtutum speculum, viuendi recta puellis

Regula

Regula, lux inter bellas præfulgida, coniux
 Chara Almazani comitis, regumq; ducumq;
 Optima progenies, qua non erit altera maior
 Vlla pudicitia nec religionis amore
 Gemmata chlamyde & tyrio circumdata peplo
 Apparet virgo Latona tuentibus illam

Sed quæ sollicitat, quæ cogit amare tuentes
 Argento cuius crines nodantur & auro
 Isabella quidem Cardena est diues in ostro
 Chara ducis Feras coniux generosa diserta
 Mellifluo, ore pio cuius vultuq; decoro
 Et roseo vincetur amans puer ipse cupido
 Hippodamia potest illi concedere palmam
 Tot quesita procis tot sparso sanguine parta.

Methinacelis ducis en pulcherrima nata
 Acerda Catherina tibi iam apparet in vndis
 Sydereæ assimiles Berenices cincta capillos
 Oraq; Ledææ reginæ, & bella pudica
 Nobilitate, animo casto, virtute, fideli
 Religionem omnes superabit iure puellas
 Temporis ipsa sui. Sed Borgia fertur eadem
 Hippolyte naui cum bella vnaque sorore
 Isabella, omni quarum decor emicat orbe
 Ornatus nitidis & versicoloribus, Iris
 Instar cælestis, tunicis, exempla pudoris
 Et virtutis erant, & nobilitatis in æuo

Exit

Exit Ioanna à Castro genus *Aria clarum*
Visa tibi obscurare aurum qua tempora cingit
Cesarie flaua, cuius diffusa lepore
Diuino facies speciosior esse Diana
Apparet, comitata omni virtute, decore
Angela subsequitur Ferrantias æmula primis
Floribus Aprilis tam Dio nomine digna
Conspectu cuius perdet nix alba nitorem
ipsa suum, reddetur ebur fuscumq; colore
Cui coniuncta ingens prudentia, gratiaq; vna
Vsque ad eò belios faciet splendescere supra
Vt stellas inter videatur lucida minores

Præfecti Hesperia neptis Iuliana videtur
Ecce tibi his non inferior virtutibus, vna
Et meritis, cuius rarus decor æter e terris
Deditus, vltèrius prohibet cantare camænas

Quæ sederit toto præstantior orbe puella
Hac quæ conspicitur contra vestita supremis
Diuitijs Lygurum, & pretij innumerabilis ostro.
Anna quidem bella est à Castro Osoria, cuius
Sidera fama volat, morum pietatis, honestæ
Et vitæ, puriq; etiam castiq; decoris

Anna à Ca-
stro Osoria.

Ginefia Pi-
mentel.

Pymentella sua florente Ynesia cymba
Inclyta Dux Calabrum vehitur formosa diserta
Culmen honoris habens genere & virtute, pudore
Quam sequitur simili cimba præclara Teresa

A Stunica, stirpe antiqua illustriq; virorum
 Cum nata Nebile comite excedente Mineruam
 Conspicuo vultu & simili virtute parenti.

Quæ virtute nitet, pietate, pudore diserta
 Kellegonis amans Maria est generosa Bazana
 Vecta triumphali ornataq; adamante Carina.

Non longe ecce venit naue splendente pyropis
 Et picturata vario puroq; colore
 Dux Ascallone Iana & de stirpe Toleti
 Casta, pudica, grauis, sanctis & moribus aucta.

Asimilita ducitur Cymba pare prædita laude
 Regia Ioannas Berlangue Marchio, toto
 Cognita ab Oceano ad septem Manrica Trionem
 Conspecta cristallo auro gemmisq; corusca
 Supra omnes naui, rogat hæc albanius heros
 Transparente nimis, dic hospes quæso? carina
 Quæ virgo aduebitur tantomunita decore
 Et tot smaragdis, gemmisq; auroq; trilici
 Æmula Tythonis sponsæ cum clara cubile
 Linqvit ei? dux est insignis, dicit Aranda
 Dux Ianna ex genere insigni celsaq; Toleti.

Ecce vehens cedri & lybani flagrante Biremi
 Gandauia dux illustris Manuelæ Ianna
 Tota decora animo, nec non & corpore, cuius
 Hesperiam decus exornatq; illustrat & auget
 Acerda generosa comes præclara Corumnæ

D

Apparet

Teresa à Stu
 niga cū Iua
 nata comi-
 tissa de Nie
 bla.

Maria à Ba
 zan.

Ioanna Mā
 rica Berlan
 guæ mar-
 chiona.
 Themesis.

Ioanna Te
 leto, Dux
 Arandra.

Ioanna Ma
 nuel, Dux
 Gandauiz.

Comitissa
 Corumnæ

Comitissa
Corumne

Apparet cimba lauri, & viridantis oliuae,
 Olli nimirum dederit Tritonia Pallas
 Ingenij summas vires mentemq; disertam
 Sed Phœbus genus excelsum rarumq; decorem
 Quid tibi Guiomaras geminas quarum vna Vilena
 Altera & Alburci decus est virtute, pudore,
 Supremoq; decore simul? decus Hispalis ambæ
 Quidq; Beatrices referam & sua præmia laudi
 Quarum diuino virtus comitata decore
 Obstupidos spectatores facit, vrit amore.
 Nonne etiam iuxta myrtos laurosq; viuentes
 Prospicis vt ducat nauim, crystallinus amnis
 Ex e bore instructam, varijs etiamq; lapillis
 Tres vehit illa quidem claras nitidasq; puellas
 Vestitas nineis peplis auriq; thyaris
 Petri Cabrerae comitis Chirichonis & arcis
 Secubiae exarchi, sunt nata scilicet Anna
 Et Maria à Cerda, Andradi & pulcherrima coniux
 Tres omnes morum & virtutum exemplar in æuo,
 Quid referam Ascolij princeps Mariana vehatur
 Vndis vt phœbe cælo stipata puellis
 Hispanis, quarum longum est meminisse vehentum
 Nauigijs variè ornatis in flumine dextro
 Quid tibi prætere referam quot dextra puellas
 Vnda representat, quas Itala Gallia, quasq;
 Mantua, quasque simul regalis curia habebit

Gallia Itali
ca. id est Lō
gobardia.

Vrbina

Urbina, quarum laudes mille ora nequibunt
 Commemorare tibi virtutum vnaq; decoris
 Aetherei, quas inter adest suprema virago
 Iulia Gonzaga, & Lucretia Borgia bella
 Ventiuola atque etiam ducis inclyta filia magni
 Ferrariae, coniuxq; eius formosa Leonor
 Herculis extensis nata & successio digna
 Rugieritate tota auro gemisq; corusca
 Quaeq; vehens, quaeq; & niueam succincta Tyaram
 Nympharum loca amœna adeunt has præter eadem
 Naue alia multa nupta inuuptaq; puella
 Gentibus ex cunctis diuersis orbis & oris
 Præstantes, quæ semper erunt post sæcula multa
 Religionis, fide pura, virtute, pudore.
 Sed procul ultra omnes iamq; exiit flumine pacis
 Immiscet seseq; choris, quam prospicis, illa
 Cymba nitens, castas quæ fert sanctasq; puellas
 Quas inter fulget Sisulfi principis vxor
 Theodolina potens regina æquissima bella
 Longobardorum, quos inter prima recepit
 Christi sacra animo, veris se & subdidit aris
 Omnis cum populo summi præcepta tonantis
 Pontificisq; sequens, diuinq; dicauerat ædem
 Inclyta Ioanni, cum quo volitauit ad astra.

Has etiam inter adest Albyndia casta puella
 Narise accepta vxor, namq; vt prius ipse sinistro

D 2 Flumi-

Iulia Gon-
 zaga, Lu-
 cretia Bor-
 gia.
 Ventiuola
 filia ducis
 Ferrariae.

Flumine nouisti, haec misera moriente Rosenda
 Sola relicta patris cum gazis vrbe Rauēna est
 Atque rogata diu Pered eo vt nuberet, illa
 Sēpè recusabat, sed speretinebat & astu
 Dissimulata, virum donec clam Narſe vocato
 Principe militiae patris qui primus in vi bes
 Irruere Italicas Albuno consulit olim
 Fractorem fidei Peredaum regis iniquum
 Interfecerunt, iactaruntq; ambo paludes
 Vrbis in vndosās, dein sponte vir vxor & vna
 Connubio stabili facti dant vela per equor
 Ereptis iterum gazis, sub nocte, cauentes
 Longinum terrae ex archum, namq; hostis acerbus
 Narſi erat, & tandem ventorum errore coacti
 Celtarum accessere suis cum nauibus oras
 Chyldrico regnante, illos qui excepti honore
 Regali, terramq; dedit qua condere possent
 Vrbem, quam citius muris statuere superbam
 Et turri, dederantq; suis habitacula seruis
 Gentibus atque alijs habitare volentibus illam.
 Hanc ex Albuno Albanum cognomine montem
 Dixerunt vrbem, sita namq; est culmine montis
 Aligeri longè non distans, attamen ipsi
 Chyldrico regi clarò fortiq; nepoti
 Egregij Clouei successit coniugi Tu
 Ille Sigisbertus caesus. Cui deinde Lotarij

Propago Ri
 aaldi nar: a
 tur.

Successere duo, quorum vni filia Narsis
 Albuni neptis, virgo pulcherrima nupsit,
 Ex qua Bernardus Gyraldi, Ammonis & vna
 Processit pater, Ammonis, sed filius estis
 Tu cum germanis, etiam & Bradagmante sorore
 Ex qua & Rugiero succedet Rugier ille
 Trinacrie regem qui debellare valebit
 Carlum magnum alium, tandemq; erit inclyta origo
 Herculis Estensis, clarum genus, vnde potentis
 Hyppoliti veniet, venturo gloria saeclo.

At regis caesi Sigisberti filius alter
 Eius successor ditione Lotarius vltor
 Aequus a lultery matris, caedisq; paterne,
 Principium est generis sancti fortisq; Pepinae.
 Vnde venit Carlus magnus, soror & sua Berta
 Rolandi mater fortis Milionis & vxor

Sed quae omnem ripam fulgore illuminat, ipsas
 Sollicitatq; chori nymphas stellata carina
 Cernis vt ipse, virum proceri corporis affert
 In medio, veste aetherae quae est amula luci
 Indutum, cuius surgit de vertice sidus
 Obscurans reliquum qui exit de naue nitorem.
 Hic vexilla a quilibet, vnaq; leonibus auro
 Culta regit, cuius conspectum monstra tremiscunt
 Aleua, hic Carlus Cantanius esse videtur
 Bellipotens rex Hesperiae, dominator & omnis

Caroli quin-
 ti laus &
 triumphus.

Europæ, quem *Girsinis Afrisq;* superbis
 Et *Numidarum* vna superatis pluribus oris
 Cuncta *Asiæ* (tibi vera loquor) fera regna pauescent
 Nam *Solymanum* omni cum gente ex vrbe *Viena*
 Expellet paucis superans sex millia centum.
 At regna *Hesperia* ciuili exhausta tumultu
 Componet, taut. e. q. authores puniet hostes
 Seditiois, amans pacis domitor q. malorum.
 Intrabit q. ferox *Romam* tum forte rebellem
 Atque *Italas* vrbes bello domitabit & armis
 Imperij q. coronam omni cum laudis honore
 Felsineæ assumet, magno ex certamine victor.
 Gallorum regem *Franciscum* deinde potenter
Ticino subdet vinctum q. adducet in vrbes
Hispanas multo disperso sanguine belli
 Ex vtraque acie, quem clemens & pius vltro
 Restituet *Gallis*, charæ iunget q. sorori
 Connubio, talem victo quis reddet honorem?
 Dein mox defensor legis, sancti q. senatus
 Pontificum, multis superabit millibus oras
 Teutonicas ferme deceptas dogmate falso
 Relligione etiam vana, quam destruet vrbe
 Prorsus *Aquisgrano*, debellabit q; ferocem
 Lant grauium cum gente sua & *Saxonia* castra,
 Indomitof q; duces, quorum *Federicus Ioan*
 Alter erit, sed *Mauricius* fortissimus alter.

Non procul ex Vrbe Augusta quos vincet ad Istrum
 Cum ductore suo fido charoq; Sabello,
 Magnanimusq; Urbem delebit funditus Afram,
 Millibus exiguis, sed non virtute, nec ausis,
 Horum Ductores primi Lupus acer in armis.
 Garciaq; & Fernandus, erunt illustre Toleti
 Ambo genus, nec non & Vega Exarchus in oris
 Neapolis, qui Dargutum, Assaraenq; fugabunt.
 Dargutum, Assaraen, duo monstra horrentia Martis,
 Hisq; alios non dissimiles virtute repellent.

Apparet naus sub eisdem insignibus vna
 Cui nemus omne virens sacer & chorus ille canentum
 Aspectu arridet hilari cui candida iactat
 Lilia & Ambrosiam & nimium redolentia feta,
 Filius hac fertur Carli terræ inclytus hæres
 Hesperia, pietate animi, & virtute Philippus
 Insignis, morum sanctorum exemplar & author
 Iustarum legum, Gallos qui victor adoras
 Vno plus poterit bello, quam prisca potestas
 Regia cum multis, nam longo Marte rebelles
 Inuitosq; diu Gallos certamine coget
 Pacem orare sibi, duos pariterq; Britannos
 Subjiciet Petri clauis, & solemnibus aris.
 Et procul à populis Solymanum expellet Iberis,
 Inuitumq; Asia fugere ad penetralia terræ
 Compellet, longisq; vna dominabitur Indis.

Philippus
 cui diu
 miu
 9

Iacob^{us} prin-
ceps Hispa-
niae.

*Filius huic Iacobus adest qui regna paterna
Eriget, exiguis parcat reprimetq; superbos
Atque iterum Numidas compellet ad ostia Nili
Effugere & solymos muros ingentibus ausis
Inuadet, qui iustitia & virtute supremus
Discordem Europam pacabit, & vniet aris
Romanis, post tranquillo dominabitur orbi.
principis Atanti titulis mauortiatellus
Clarescet longo quæ cingitur Apennino
Quis uehitur cymba illa auri referente nitorem
Carbasa habente nimis Sandicina Duritis ostri
Mixtaq; texturis? est Austrius ille Philippi*

Ioannes Au-
strius Caro-
li filius.

*Regis Ioannes frater Carliq; potentis
Filius, hic populos domitabit Marte feroces
Illiberitanos, & victor adusque ninosos
Transcendet montes, numidas spoliabit ab armis
Fulmineisq; simul telis disperget & vna.
Præterea ad portus Velona tanta trophæa
Quanta audita prius nunquam per sæcla fuere
Nauali bello acquiret de gentibus Afris.
Milite munitis multo, si Marte perundas*

Clarissim^{us}
triumphus
Ioannis Au-
strii bello
nauali par-
tus.

*Submerget centum naues totidemq; potente
Arripiet dextra, fugientibus Hellepontum
Hostibus innumeras quorum mauortius heros
Efficiet strages, dextraq; occidet acerbum
Ductorem & generum Solymani, saucius vnde*

Euadet

*Euadet grauiter, femur, ex certamine diro
Huic dilecta Deo populis se subdet Iberis
Hesperia armipotens quam ex hoste tuebitur Afro
Viribus atque ausis magnis, puerilibus annis
Omnino similis Carlo virtute parenti.*

*Quo duce tota tremet libye, tremet atque superba
Tracia, Turcarum rabie frendetq; tyrannus
Et tandem cupiet superatus fœdus inire
Tumq; Ammone. satns, quæ nunc (ait) illa carina,
Quæ eminet, acceditq; loco iam proxima sacro
Nympharum, ramis palmæ & florentis oliuæ
Insignita, viri, quos fert, qui sunt duo tantum
Illustres castris iisdemq; leonibus vna?*

*Tum magus ille senex responderat, vnus eorum
Est rex Ferdinandus proanus Carli, atque Philippi
Isabella altus coniux, erit hic decus æui
Notus ab eois vsque ad labentia cœli*

*Sydera, virtute, atque armis, nam Betica Regna
Restituet Petri clauis, Maurosq; fugabit,
Illiberimq; urbem Roderici à tempore captam
Et plures alias bello expugnabit acerbo,
Temporibus cuius noua tellus Indica, diues
Argenti, atque auri, sibi subijcietur ab oris
Hispanis, sed qui alter adest ibi corpore maior
Est dux Gonzalus Ferrantius æquus in armis
Rolando, atque tibi, qui iure videbitur, vnquam*

Ferdinãdus
V. rex Hi-
spaniarum.

Gonzal' Fer-
nandus dux
cognomi-
ne magnus.

Si quis erit vobis similis fortasse per ænum
 Partenopem namque insignem suaq; oppida bello
 Subijciet, regis Francorum lilia trina
 Sebetio abijciet primos superabit & eius
 Ductores, urbemq; Nouaram victor obibit.
 Quam virtute sua domitam sibi cedere coget
 Insubriumq; alias vrbes sibi Marte reducet
 In quarum pugnis longum est sua fortia gesta
 Commemorare tibi, quæ paucis cepit ab annis
 Cum validis clarisq; viris quos instruet armis
 Nempe Aualus Fernandus, erit qui Marchio magnus
 Piscarie, prosperq; Colonus, Marchus & eius
 Heres Italie qui multis cladibus urbem
 Affliget, Leyuanus eiq; Antonius armis
 Æqualis, sed dein illustris & inclytus heros
 Alarcon, heros inquam sic namque futuris
 Dicetur seclis propter virtutis in armis
 Splendorem, sua propter itemq; ingentia facta
 Cognita Germanos inter Syculosq; potentes
 Hunc cruce florenti insignis Fernandus Alarcon,
 Filius est iuxta, qui monia clara Melite
 Defendet bello, circumdatus hostibus Afris.
 Paricinus eis Didacus fortissimus vna
 It comes atque etiam Quixanus Guttier acer
 Nauari usq; Petrus pariterq; Vrbinus Ioan,
 Heroesq; alij proceres, quos cernis ouantes

Aualus Fer
 nandus Mar
 chio Pische
 rix.

Prosper Co
 lonus Anto
 nius de Ley
 ua Didacus
 de Pared s,
 Guttierus
 Quixada,
 Ioannes Vr
 binus.

*Amne triumphali, Fernandus & ille Toleti
 Alvarus inter eos dux eminent in clytus omnis
 Hesperiae ductor, princeps clarissimas Alba
 Stirps antiqua satis regum quos Traces habebant
 Et Romanorum quos patres ante vocabant
 Albanos, urbs Alba tenet unde in clyta nomen
 Extrema Hesperia, quam construxere quirites
 Tracibus adiuncti Priscis, simulatq; Toleti
 Mœnia fundarunt, genus unde illustre Toleti
 Nomen habet, toto quod resplendet in orbe
 Iustitia atque fide cum dux dominabitur Alba
 Hic pius & magnus pietate insignis & armis
 Cuius virtutum super æthera fama feretur,
 Primus enim ductor totius gentis Iberæ
 Irruet in Saxos, quos Hallæ vincet ad oras
 Cumq; sacros patres, Romamq; obsederit eius
 Marcus ope, hos tantos poterit sedare tumultus
 Religionem potens, dux hic Albanus & armis
 Abieteq; & fago. constructa naue, supremum
 Cuius opus superat, diuina aethere Minerua
 Materiam, nitida indutus thorace, Loysus
 Enriquius vebitur, Fernando à rege futura
 Progenies, simul Æneadamq; ex ordine longo
 Hic Nauarchus erit Castella, aërentis & amnis
 Methina dux, & Modica, prudentia cana
 Cuius & ingenium sublime, & robur in armis,*

Fernandus
 Aluarez a
 Tol. to dux
 Albz.

Virtus

Virtus relligio notescent orbis in oris.

Nanque inter proceres ventura ingentia laudis,

Signa dabit. Vibrare sudem transmittere saltu

Murales fossas, saxo vada frangere aquosa

Idem etiam præuertet equum, pedes arduus idem

Castrorum spatium & saxo transmittet & hasta

Fernandus subijt à Cerda memorata propago

Et regum, atque ducum, & magnorum Marte virorum

Veliuolam cuius nauim super æquore nantes

Quattuor alipedes ducunt, media attamen heros

Stat pedes in naui, clypeoq; hastaq; superbus,

Quam iacit aduersus Turchas generosus & acer

Methinacæles dux hic erit inclytus armis

Relligione etiam, meritis, pietate, disertus

Consilio, eloquio, æois sat cognita ab oris

Cuius erit virtus, vsque ad labentia cœli

Sydera, quem iuxta iuuenili corpore præstans

Sancius à
Cërda.

Filius apparet, factorum cuius in armis

Virtutemq; ingens replebit sæcula nomen

Nonne vides validam quo turbine torqueat hastam

In Turchas, quantis Gallos perterreat ausis

Teuthonicasq; alas, quam strenuus irruat heros

Hispanos inter proceres, Italosq; manipulos?

Hispalis, assistens clarus comes ecce Baraxes

Franciscus
Zapata co-
mes de Ba-
raxas.

Franciscus Zapata auro, gemmisq; corusca

Aduebitur naui, opposto cui carbasa pulchra.

Sole nitent, illustre genus de gente Quirina
 Virtute & meritis, robusto pectore, & armis
 Consilioq; disertus, obi. d. praelatus in aula
 Regiserit, si religio, si vita pudica,
 Si morum probitas, si ius pollebit in illo
 Ecce Aquilone secat fluctus à classe triremi
 Princeps Franciscus Medices cognomen auitum
 Tuscorum veterum dux hic erit inclytus olim
 Si virtute, armis, patres imitabitur almos
 Præcipuè proauum quem iuxta cernis, Ioam
 Cui dabit omnipotens gentes frenare superbas
 Iustitia, at que armis, diuinam & condere gentem,
 Clementem certè, & notum super astra Leonem
 Pontifices summos, valuas caelestis Olympi
 Queis dabitur referare, etiamq; & claudere posse
 Franciscum, simul & Petrum virtutibus, armis
 Insignes, annon spectas queis viribus hastam
 Torqueat in Turchas, quos spectas ire sinistra
 Franciscus, quanta & niteat clementia vultu,
 Quantaq; maiestas, quo turbine dirigat hastam?
 Nonne Iouis volucrem pennis applaudere ab Æthra,
 Hunc fore, qui gr. auida imperijs populisq; superba
 Regna Asiæ, domet & soluat formidine terras?
 At Petrus Medices, annis, non attamen impar
 Virtute, & meritis, fratri gesta alta suorum
 Tolleat ad astra nouis gestis, ingentibus ausis,

Franciscus
 de Medicis
 magnus Flo-
 rentiæ dux.

Petrus de
 Medicis.

Quem

Quem Lucbali, Afrum pariterq; exercitus omnis
 Effugiunt, seferatibus conduntq; relictis
 Cuius ab extremis vmbribus, noua gloria terram
 Lustrabit, longo quæ cingitur Apennino
 Enrate cælata argento gemmisq; coruscis
 Melchior aduebitur Ferrara illustris Auinon
 Marchio, Ferrara exemplum virtutis, auita
 Nobilitate potens pietate insignis & vna
 Iustitia, hic meritis multis dignabitur vrbes
 Oppidaq; & latos fines, prudentia cuius
 Et graue consilium longis clarescet in oris
 Sed procul has vltra poteris spectare carinam
 Purpureis velis atque auri vellere puro
 Insignem, cuius medio clarissimus heres
 Dux atavus Carli fertur Burgundius armis
 Inclutus. Omnis eum tellus infida timebit
 Quo Duce Romanas Burgundia conteret iras
 Heroas hic insituet, quos ordine dicent
 Velleris insignis Gedeone, eiusque trophæo,
 Qui Madianitos multos vt vinceret hostes
 A patre supremo petijt quod in inbribus arens
 Appareret humo vellus, rursusq; sereno
 Et here, vore madens, quo signo euerterat hostes
 Innumeros, bellitanti monumenta Philippus
 Dux Burgundorum iam penè oblita, virorum
 Magnorum excitare animis regumq; valebit.

Vellus au-
 rum, vul-
 go thalon.

Quorum

Quorum pendeant humeris insignia tanti
 Velleris, hoc Carlus gestabit & ipse Philippus
 Pannonie rex Fernandusq; & Maximianus.

Ecce autem Urbina princeps rate ducitur auri
 Marchio Villena dux Ascalonis Ibera
 Et Dux Bernardus titulo Cardena Maceda
 Magnanimi regis Macedonis prisca propago
 Et Ferianus item princeps dux inclytus atque
 Ferrarie nec non Berlanga Marchio ductor
 Et comes assiduus Castellæ, hac ducitur una
 Optimus antistes in religione Ioannis
 Toletanus hic est Antonius, inclytus ævo
 Qui meritis erit atque animo, virtutis & omnis
 Exemplar, pietate grauis dexterrimus armis
 Eloquio eximius, constans & fidus & audax
 Consilio cuius magna incrementa sequentur
 Europæ regnis, erit atque Hispania saclo
 Fortunata suo, meritisq; ingentibus omni
 Gratus erit populo, pietate æquabitur orbis
 Principibus, cuius foelici tempore, latè
 Iustitia atque fides regnabit, at ipse carinam
 Prospicis influvio dextro quæ est clara trophæis
 Heroum, fulget quos inter Ciddius armis
 Maximus, hic etenim superabit Buccaron, una
 Atque Almuchamum, reges aliosq; potentes,
 Proteget Hispanas vrbes ex hostibus Afris

Antonius à
 Toletopri-
 or ordina
 diu: loanis.

cidijriis
 phi

Atque

Atque alijs, tantumq; Asiae metuetur in oris
 Extremis acris saeva ut iam mortuus hostes
 Vicerit innumeros, nausiamq; altera nobis
 Eminet & nitida accedens ad amena vieta
 Inclutus hac fertur Ferrans Gonsaluis omnis
 Gloria (astelle, regem qui vincet & barcam
 Et campis carijs generoso Marte laceffet
 Orbunum Sanchum regem Legionis in oris
 Hispanis, cogetq; illum sibi dona negata
 Reddere, Maurorumq; ferox non pauca fugabit
 Agmina, christicolis pacem pariterq; quietem
 Temporibus dabit ille suis, virtutis & eius
 Magna vniuersas spargetur fama per oras.

Albani montis princeps interrogat ultra
 Qui sunt hi gemini fratres gestantur eburna
 Qui nani, exculpta argento fuluoq; metallo
 Et gemmis, referente niuis candore nitorem?
 Induperatoris sunt nati Maxiliani

Rodolphus, fraterq; Arnestus dignior in annis
 Urbis erunt Romae spes vnica, sidera Laedae
 Dicentur, populo solamen eruntq; fideli
 Ast Arnestus erit bello & fulgentibus armis
 Inclutus, & ille haeres regnabit pluribus oris
 Nati patris imperio succedet, victor & armis
 Plurima regna sibi pugnando acquirat ab Afris
 Terror erit vastus Numidis, gentiq; rebeli,

Ducet

Comes Fer-
 nanus Gō
 sa'us.

Rodolphus
 & Arnestus
 filij imp.
 I. I. Maxi-
 miliani.

Ducet & uxorem, maiorem regis Auunculi
 Eugeniã natam, Charites cui maxima cunctæ
 Dona dabunt summumq; decorem vnaq; leporem
 Corpore, fronte, oculis, gressu, roseo ore, loquela
 Et vultu, Gelafinus erit cui gratus amœno
 Marchio adest vrbis quam dicit fama Dianes
 Franciscus Roias vestra qui sanguinis hæres
 Rolandi certè generis si ex ordine recto
 Virtute atque armis proavos imitabitur, vna
 Atque animo, certè & prudens erit atque disertus
 Relligione, fideq; insignis moribus almis
 Populeis nonne spectas tranare sub vmbriis
 Versicolore rati iuuenem fulgentibus armis
 Crispantemq; hastile nitens in castra sinistra
 Hic erit insignis Sinuesæ dux & Iberæ
 Et Capræ, pariterq; Vitonti, vrbisq; Vaenæ.
 Ferraus Gonzalus magnum cognomen auitum
 Æneadum genus & vestræ successio prolis
 Incluta, nonne vides quam sit tibi gratia formæ
 Assimilis, tuus eni vultus nimis ille disertus
 Hic præclarus erit gestis virtutibus, armis,
 Iudicio, eloquio, robusto pectore & ausis
 Magnus equum domitor cursu per summa volabit
 Gramina, nec teneras velox pertinet aristas
 Martius hic heros Turchas domitabit & Indos

Franciscus
 Rojas Mar
 chio de De
 nia.

Gonzalus
 Fernædus
 dux de Ce
 lla.

E In medio

*In medio procerum cunctos præcellet honore
 Pro pietate sua, pro religione fideli
 Charus erit populis & opem præstabit egenis
 Naue in p̄is ternis, albentiq; iride picta*

Franciscus
 Chacon do
 minus d. Ca
 farubijs.

*Chaconus fertur Franciscus, hic inclyta proles
 Heroum atq; ducum, Faxardos atq; Pathecos,
 Quos dicent & Chaonios à Chaone nato
 Ingentis Priami, vnde genus illustre Chaconum
 Ruchaconus erit Petro regnante superbus
 Armis, at recte vir religionis amator
 Hinc & Ioannes, hinc & Gonsalus auorum
 Gloria, Gonsalus quo nemo fidelior vnquam
 Regi erit in bello, sed nec præstantior alter
 Nobilitate animi, pronepos Gonsalus ab illo
 Progreditur, similisq; etiam Franciscus, vterq;
 Casrubijs Domini, Franciscus hic Hispalis oris
 Præses & Illiberis, meritis erit alter auorum
 Solator miseris, atq; auxiliator egenis
 Filius huic iuxta Gonsalus ducitur æquis
 Laudibus insignis, magna puer indole, cuius
 Aleua clypeus, dextraq; hastile relucet.*

*Tunc sic Rinaldus, quis ait, tam strenuus armis
 Adnolat ex alta puppi, thorace coruscans
 Et clypeo iuuenis dextra qui hastile per vadas
 Crispat in aduersas naues, oratq; sereno
 Vultu, Mendozæ genus est illustre futurum*

Furtatus

Franciscus
Furtatus à
Mendeca
Marchione
Almazan.

Furtatus Franciscus anis atavisq; superbus
Almazani heros & Marchio Montisacuti
Hic erit eloquio insignis, sed maior in armis.
Pro virtute, pia pro religione parentum
Proq; suis gestis electus rege Philippo
Per mare, per terras, ibit consultor in oras
Vngarie ad Regem, sanctis quem flectere quibit
Eloquijs, pariterq; animum superaddet & ausus
Cui cana insurgens teneris prudentia ab annis
Iustitia atq; fide moderabitur Hispalis oris
Necnon Navarrae quas iure & proteget armis
En Bernardinos geminos genus vnde superbum
Mendozinum. affert dextro feliciter amne
Alter enim Oceani ductor maris & comes alti
Principis Andreae ex Oria super aequore vincet
Hostiles naues Libyesq; sequetur ad oras
Æternum atq; ideo adquiret per secula nomen
Alter non impar animo, virtute parentes
Illustres gestis necnon imitabitur armis.

Bernardi
nus à Men
doça.

Cum fata instabunt, morumq; exempla suorum
Spargentur populis, cui Alphonsus Filius æquis
Respondet meritis & religione suprema
Alphonsus qui virtutes musasq; canoras
Augebit, meritosq; viros extollet ad astra,
Dumq; alij veneri & lucro voluuntur inani.
Nane quis aduebitur cuius sunt carbasia multis

Diuerfisq; etiam suffecta coloribus, instar

Iridis aethere & opposito cum sole colores

*Ignis à
Mendoza
Dux del In
afatadgo.*

Mille trahit, Dux Infantatus maximus ille est

Ignis à Mendoza atavis, armisq; superbus

Progenies regum ducenda ex sanguine pisco

Cesaris Augusti, maiorum gesta suorum

Cognita erunt aeo nec non excelsa trophaea

Sed proprijs gestis nec non virtute suprema

Exuperabit ea, omni namque erit inclytus orbi.

*Antonius
Marchio
del Adrada.*

Adriade sequitur rate Marchio vectus eadem

Hic Antonius est spelunca illustris auorum

Sanguine nimirum regum simulatque potentum

Marte ducum, quorum longum est memorare trophaea

Virtute, atque animo generoso & moribus almis

Consilioq; erit insignis valdeq; disertus

Religio cuius, regis moderator in aula

Cum fuerit, prior exemplum dabit omnibus aeo.

Dux Ferie & Zaphra Laurentius fertur abena

Nase, sit Leroum validorum, vnaq; potentum

Induperatorum genus insuperabile bello

Hinc titulus Figueroa, solum natale suorum

*Laurentius
dux Ferie.*

Clara antiqua domus notissima gentibus vsque

Oceanum, gestis insignibus atque triumphis

In cuius vultu grato verbisq; serenis

Apparet genus esse Deum, magis attamen armis

Atque animo, pietate etiam & virtutibus vna

Religione

Religione magis quare super omnibus inter
 Charius erit, reges maiores, atque minores.

Buxo ebore & niueo culta qui naue per undas
 Auehitur dextra palmarum vertice ramis
 Insigni Comes est Chinchonius prisca propago
 Regia Budadilla armis & nobilis ausis
 Quorum fama quidem satis est super aetere nota
 Petrus hic est Cabrera pius clara altera proles
 Unde Cabrera domus multis praelata trophaeis
 Magnorum bello heroum, comitumq; ducumq;
 Sed proauum gesta alta suis virtutibus vsq;
 Tolleat ad astra, & enim non inferioribus imo
 Excelsis meritis prudentia cuius, & ingens
 Consilium regni in rebus, belliq; periculis
 Cuius & orandi facundia, maior Vlyssis
 Certe erit, à magno qui sic celebratur Homero.

Filius eius adest iuxta virtute parenti
 Non impar Didacus Cabrera illustris Ephebus
 Indolis egregie, præstans fulgentibus armis
 Atque animo nomen meritis æquabit auitum
 Frater ibi alter adest Cabrera Andrea decorus
 Corporeq; & facie tanto insignitus honore.

Quis velut è nebula egrediens secat altius undas
 Fuluo operosa auro simul argentoq; biremi
 Vela super cuius regum gerit ampla trophaea
 Unde suum genus hic est Pregui Marchio clarus

Comes de
 Chinchon.

Alphonfus
Aguilar
Marchio
de Priego.

Montelle princepsq; domus Aquilarius heros

Alphonfus, virtute, armis. super aetera notus,

Dignus erit meritis, regnorum scepra gerendi

Et dominandi oris multis, nec fata vetabunt.

Petrus Faxcardus sequitur splendente carina.

Hic Tripodas, Clarij lauros, hic sentiet astra:

Hic generosus erit genitoris imagine, regno

Muricie Exarchus Velinis Marchio terris

Magnanimus cuius virtute inuicta manebit

Petrus Fax-
cardus Mar-
chio de Ve-
lez.

Altera Chartago, terrebit, multa fugabit

Agmina Turcharum saclo fortissimus heros

Prae cunctis erit ille suo qui bella mouebunt

Namq; ex liberis, nec non Chartaginis oris

Vastantes, agros atq; oppida fortiter Affros

Expellet quorum multos sub Tartara mittet,

Naue triumphali Rodericus Marchio fortis

Gadius aduebitur generosus & arduus armis

Qui validis adeo contra pugnabit Alhambra

Viribus, vt totam subiecerit ille Leoni.

Non procul & dextri fluij dat vela per undas

Heros magnanimus Perasanius aetera notus

A ripa, qui omnem fixus thoraca sagitta

Vinus adhuc muri valide expugnabit Aloram.

Lusitanorum regum genus aspicias ecce

Illustres fratres Manueles ire per undas

Faelices, Rodericum vna Petrumq; disertos

Insignes

Insignes animis quorum virtutis & vna
 Gestorum decus eximium super astra volabit
 Hic dux militiae regis comitumq; Philippī
 Alter erit consul regnorum in Marte gerendo.

Beltramus specus ecce venit de flumine dextro
 Dux Albur querci armipotens, victorq; triumphans
 Qui campo plano Theutonum plurima vincet
 Agmina, Turcharumq; acies plerumq; fugabit.

En Velasus item dextro Ignigus Annæ triumphat
 Naue, comes primus Castella, magnus in armis
 Magnus & illustris genere, & virtute, disertus.

Dux iuxta aduebitur Naxaræ primus eodem
 Flumine cum naui qua sunt cælata suorum
 Nomina maiorum, fortissima nempe Larenfis
 Gesta domus, propria atque sua immortalia sæclis
 Hic siquidem Celtas ipsorum vnaq; feroces
 Ductores armis domitabit, eosq; Navarra
 A populis abiget, terrebit strage cruenta.

At non permittam indecorem te Alphonse per vudas
 Ire triumphales Aquilaris maxime, Christi.
 Si pro lege fideq; effundes sponte cruorem
 Cæsus apud montes Eritheæos cæde peracta
 Maurorum innumera, quare tibi gloria sæclis
 Immortalis erit nullis superanda trophæis.

Varga subit Franciscus auis Manriquiis, armis
 Insignis, bellis audax naualibus heros

*Austriaco hic capiet Turchas sub Principe naues
Hostiles multis occisis millibus alti*

Oceani praeses, ductorq; creabitur idem

Pyratas auro & furtis spoliabit opimis

Suspendetq; equus trunco de robore, sacris

Deinde superborum templis, spolia ampla dicabit

Pupillis & reliquias concedet egenis.

Maeste animo & meritis maeste atque ingentibus ausis

Federicus
Nauarra.

Te quid carminibus referam Federice, Nauarram

Si toties armis defendes Gallica contra

Garcia &
Petros i
Toledo.

Agmina, maesti etiam quid Petre & Garsia primi

Ambo Toletano genere, & duo magna futura

Robora, Christiani populi, simulacra virorum

Quamuis tantorum nunc apparetis in vndis.

Ast etiam nonne spectas hac vergere nauim

Illam que viridi circum sepietur oliua

Frondebis & ramis lacera sed semper in altum

Erecta, cuius spatio vir magnus in amplo

Aduerbitur, crucis insignis fulgente sigillo

Quem circum proceres multi stant, quisq; reportans

Philippus
Villeri^o Ma
gister maxi
mus ordi
nis militie
s. Ioannis,
olim Rho
diani, num
Melitensis.

In thorace crucem nuceam cui lilia flore

Prædita sunt albo tantum conuallibus orta

Hic est infelix armis, sed fortis & audax

Nobilitate potens nec non virtute Philippus

Villerius, sacre que religionis larcha

Hospicij Solymi plerisq; tuebitur annis

Præclaram

Præclaram Rhodon à Turchis & rege superbo
 Scilicet Arfacida Solymano, at postea demum
 Exuperatus eo, sed non virtute nec ausis
 Prohibitione tamen nec non atque hostibus vna
 Innumeris, sancta cum Relligione Melitem
 Adueniet, soliumq; suum firmabit ibidem
 Cui clari heroes succedent, nempe magistri
 Magnanimi bello atque animis quos Affra pauebunt
 Agmina, congressusq; suos perterritus hostis
 Effugiet, Solymanus atrox mare nanfragus omne
 Armisq; & ducibus desertis fortius eius
 Agmina præcipue instabit Valletus Ioan
 Vector in illa alianavi fulget te trophæis
 Exuuisq; etiam Turcharum, namq; Melites
 Mœnia septatuens validis cum fratibus hostes
 Innumeros cædet partim dare tergaq; victos
 Coget, vbi multi heroes pugnando potenter
 Marte cadent, quos inter erit qui casside cristas
 Illegerit rubras Franciscus nempe Ruizus
 Ædis Methinæ soboles, qui strage cruentus
 Hostium abingenti pro relligione fideq;
 Occidet æternum moriens iam nomen adeptus.

Ioannes
 Valletus

Tuncq; Ammonesatus quis ait præfulgidus armis
 Ante omnes medio ille heros fert pectore claram
 Gemmiferamq; crucem sed dextra hastile cruentum,
 Æmula fulgureis flammis, sed spicula læua,

Garcia
 à Tolete.

E 5 Hic,

*Hic, Atalantus ait, fuerit de stirpe Toleti
Garcia & à Totila Gotorum principe sanguis
Hic in semirutæ tantum obsidione Melites
Pugnabit contra Numidas, Afrosq; superbos
Ut comitum & fratrum cæforum sanguinis ultor
Turcharum primos obtruncet & arceat Urbis
Mœnibus hostiles turmas, ductorq; creatus
Maximus equoreis undis, Bizantia ad usq;
Ostia, eos agitet desertis undiq; castris.*

Andreas
Oria.

*Omnibus his princeps Andreas Oria proles
Neptuni, ratibus moderabitur, Oria cuius
Prora gerit palmam, cuius sunt aurea vela*

Garcia à
Mendoza.

*Hic erit in toto naualibus inclytus armis
Oceano, cuius metuent certamina Thraces.
Nonne vides Turchas Lana dare terga pauentes
Ipsius aspectum, medio & se mergere fluctu?*

*Garcia subsequitur Mendoza illustris auorum
Gloria, Magnanimi Canieti principis hæres
Iustitia, virtute, fide, præstantibus orsis.
Hic erit insignis, gestorum fama suorum.
Nota per Italicæ oras Indosq; supremos
Cum patre præclaro longis dominabitur oris
Nempe Perusinis, Chileq; & diuite regum
Urbe, vbi diuorum quendam venisse putabunt
E cælo indigenæ vnanimi quem voce reposcent
Rectoremq; sibi cupient exercitus omnis.*

Murice

*Murice suffectis velis qui nauigat, umbra
 Purpurea caput accinctus, frontemq; corona
 Tergemina, Austriades Albertus filius alter
 Hic erit Augusti quem dicent Maximianum
 Religio cuius, virtus, sapientia, forma,
 Nobilitas, morum probitas, prudentia cana
 Maiestasq; lepore nitens puerilibus annis
 Cognita ab eis vsq; ad labentia cœli
 Sidera, eum tollent summo super æteris axe:
 Hunc animis olim ingentem & præstantibus orsis
 Aspicient gentes sacro capitolia curru
 Scandere victorem spolijs Orientis onustum
 Ipse autem superis victa de gente trophæum
 Offeret ante aras inimicâq; nomina figet.*

*Nauē sed ecce alia quæ stellis vndiq; trinis
 Fulgere apparet, ripamq; illuminat omnem
 Franciscus debetur Ximenius vrbe Toletō
 Hic erit antistes necnon moderator in oris
 Hesperia, Oranum quo tempore magnus in armis
 Adquiret bello & spolijs gaudebit opimis
 Turcharum, Alphonsi quæ suspendebit in almo
 Delubro, quod tunc Compluto condet in vrbe
 Religione potens, necnon collegia doctis
 Insignita viris omnes celebranda per oras,
 Lux erit Hesperia, lux qua illustrabitur orbis
 Dapsilis atque pius miseris erit omnibus, ingens*

Præsidium

Eccliaſti
 ci.
 Cardinalis
 Albertus ſi
 lius imper.
 Maximilia
 nis

Præsidium exiguis pietas, prudentia, virtus,
 Religio atq; fides in eo sic luce futura
 Fulgebunt, homines inter sit diuus habendus,
 Perpetuum cuius replebit sæcula nomen.

Naue quis aduehitur multo quæ ambitur achanto
 Margine, præ reliquis niueo insignitus amictu
 Purpureoq; galero, vna sacraq; thyra?
 Hic est, hic Pazos Antonius hic erit olim
 Antistes Patbi, atq; Abila, præfectus iberus
 Clarus auis, at auis, lux hic erit omnibus oris
 Hesperia, decreta patrumq; & iura quiritum
 Extollet, si consilio, virtute suprema
 Iustitia, pietate, fide, moderabitur orbi.

Antonius
 Pazos Ca.
 stellæ præ-
 fics.

Non procul ecce alia nunc spectata naue Taueram
 Illustrem pariter qui præsul in vrbe Toletō
 Religionis erit speculum pietatis & vna
 Regula præsulibus cunctis, qui insignia adeptus
 Purpurea in sedem supremi Antistitis altam
 Scandere dignus erit, populo pergratus & omni
 Morum exemplar erit condetq; ingentia paruis
 Hospitia atq; agris, magnis cum sumptibus aedes.

Antistes populi eiusdem Silicæus Ioan
 Succedet, nunc eloquio, sacrisq; Camænis
 Et virtute etiam reliquis præstantior omni
 Aëno erit ille suo pius atq; fidelis, & alma
 Religionis erit vindex, natiq; Philippi

Carli instructor erit tenerisq; magister ab annis.

Proceram ad laurum dextris in fluctibus instar

Pyramidum navis numerofo remige surgit
 Prasulibusq; & indicibus vectoribus, inter
 Quos illustre caput meritis, virtute, Chiroga
 Eleuat, Hispanis inquam sat cognitus oris
 Oceanoq; Chiroga omnium sacra tonantis
 Eriget, Hesperia iudex vtraque, profecto
 Romæ iura dabit, populis & præsēs Iberis
 Relligionis erit, Petriq; tuebitur aras
 Iustitia atque fide vtriusque & iuris honore
 Cesareoq; animo robusto pectore, & ausis
 Primus hic Antistes vrbis, regniq; Toleti
 Hispanoq; etiam toto prælatus in orbe
 Incrementa dabit studijs sacrisq; camænis
 Relligio cuius cunctis in finibus orbis
 Fulgebit, verisq; sacris gens seruiet omnis
 Fallaci vanaq; superstitione relicta.

Chiroga Ar
 chepiscopus
 Toleti.

Myrteanavis opus diuinæ Palladis, inter
 Proceras Platanos flagrantiaq; inter amoma
 Prælatum summum Granatæ portitat vrbis
 Mendesium Aonidum quo non præstantior alter
 Relligione, fide, virtute, & moribus almis
 Doctrina ingenio summi hic præcepta Tonantis
 Usque ad eò ore pio suadebit, vt omnis ad ipsum
 Certatim gens criminibus concurrat omisissis,

Ioan Mend
 dex Archie
 piscopus Gra
 natenis.

Paspe-

Pauperibusq; dabit sua vectigalia, mundo
 Pollicitisq; eius atque ambitione relictis
 Pastorale suum studio meditabitur omni
 Officium, & pecori solers medicabitur agro.

Antonius
 Padilla

Vndiq; germinibus varijs florente carina
 Fertur clarus auis Padilla Antonius eui
 Venturi decus omne sui cui clara Padilla
 Progenies erit atq; solum n.itale Toleti
 Vtraq; progenies regum quibus omnibus iste
 Aequabit meritis cui iure vtroq; diserto
 Parebunt omnes vltro, qui iura docebunt
 Hic crucis insignis croceo velamine trinis
 Ordinibus praefectus erit, pius aequus in omnes
 Subiectos, sed acerbus eis qui subdere legi
 Collare recusabunt pœnis quos puniet aequis
 Hic cum antistes erit cum religionis honore
 Fulgebit merito, populo incrementa fideli
 Quanta dabit, quanto exultabit patria nato!
 Quem vebit illa ratis, Nymphæ Oceanitides, vodus
 Et Triton, se subijciunt cui protinus vltro?
 Religionis honos hic est Laurentius euo
 Venturo, genus Augusti de stirpe futurum.
 Vnde domus Figueroa, duo cui lumina regni
 Assistunt fratres, Ferias dux, Marchio Priegui.
 Hic erit antistes toto spectabilis orbe
 Virtute & meritis, pietate at maior, auaris

Laurentius
 à Figueroa
 Episcopus
 Seguntinus.

Tempo-

Temporibus si de summo inittetur Olympo
 Præsidium populis misera ditione grauatæ,
 Præsidium Musis, studijs sacrisq; Minervæ
 Ætheræ, quibus vsq; adeo præstabit & imo
 Iudicio, vt missum videatur ab ætere numen
 Enrate Hieronymus fertur Manriquiuis, instar
 Albanis cuius sunt Carbasa, Palladis arte
 Structa super viridi præciosa & jaspide, vastæ
 Molis, hic antiquum regum genus, aurea condet
 Secula, namq; pia pro relligione tribunus
 Destruet errores, & sacra tuebitur vsq;
 Extremos Indos, erit huic prudentia sanctis
 Moribus, antistesq; creatus ouilia pascet
 Relligione, fide, exemplo virtutis auitæ.
 Vasquius hos sequitur Matthæus gloria charæ
 Qui patriæ, à teneris semper laudabitur annis,
 Consilio, pare iudicio, rebusq; gerendis
 Moribus, & meritis, virtutibus, indole sacra,
 Gratus apud proceres, populum, magis attamen erga
 Pupillos, viduas æquo quos ore loquetur
 Charus erit regi, regniq; potentibus, vnde
 Inter eos, causas dicernet regis ad aures,
 Propterea ex adytis regis moderabitur oris
 Hispanis, Italisq; & nigris eminus Indis.
 Præterea memorare alios hoc æmne vehentes
 Illustres possem ipse viros, sed iam humida terras

Hieronymus
 Manriquiuis
 Episcopus
 Salmanticensis.

Matthæus
 Vazquez
 à Regis secretis.

Nox

Nox tenet, & solo ratiū splendore virentes
 Luſtrantur ripæ, quare dare membra quieti
 Præſtiterit nympharum epulis accumbere q̄, vna
 Sub ſpelunca illa, vernis quæ floribus ima
 Hac valle obtegitur, platanisq̄ frequenter odoris
 Finijt Heroum caſus Atalantus & alta
 Atque ad ſpelunca latebras Ammone creatum
 Duxit vbi clara patuerunt atria luce
 Regij appa-
 ratus ad cę-
 nam. *Ampla ſatis, cryſtalli intus circumdata muris*
Terra erat, argento cultis puriſſima ſaxis
Interiecto auro, medio ſtant aurea menſis
Pocula, diuerſeq̄, epulæ ſedes & eburnæ
Circuitu, nitidæ circumſtant orbe puellæ
Sponte miniſterio, quæ ſuaue ſonantibus aula
Cantabant pleçtris partim, partimq̄ ſilebant
Sperantes Atalantum, etiam atque Ammone creatum
Menſarum ad finem, nymphis ſtipata ſedebat
Logyſtea ſuis folio fulgente ſmaragdīs
Quæ viſis geminis tantis heroibus, aula
Mox aſſurrexit, verbiſq̄ recepit amicis
 Logyſtel-
 læ aulæ al-
 legoricę
 eſt potentia
 intellectua
 lis virtutū
 omniū ſpe-
 culatrix. *Rinaldus magus atque hoſpes reſponſa Viciffim*
Logyſtæe eius pulchris referuntq̄ puellis,
At conuiuæ epulas poſtquàm cepere, famemq̄;
Extinxere cibus, nymphis ducentibus intrant
In duo vterque domus cœnacula, regia magna
Et geminum munitum oſtro aſcendere cubile.

*Hic apparebant flauo constructa metallo
Virtutum septem simulacra simulq; virorum
Sanctorum, quos inter erat Dionysius almus
Splendenti pura protectus virgine amicta
Exuperante niuis candenti veste nitorem.*

Castimo-
nia.

*Illic vna aderat Diuus Chrysostomus ardens
Semper amore Dei, natiq; perennis Iesus
Ad cuius latus vnica adest rubicunda puella
Ambrosiam fundens & diuum nectar vtraq;
Largam manu. Ast alia distabat parte magister
Excellentis hominum Paulus quem virgo modesta
Subsequitur, virideq; manu gestabat aristas.*

Largitas

Tempera-
tia.

*Non procul Augustinus erat qui errore relicto
Ad sacra accessit patrum, meruitq; vocari
Ecclesie doctor comes huic erat illa virago
Sollicita in sacris incensa indagine veri.*

Vigilantia
seu diligen-
tia.

*Religionis ibi author erat Franciscus & ingens
Quem penes & humilis vultum inclinata puella
Vestibus induta exiguis. Deim stabat & vna*

Humilitas
seu modic-
ita.

*Bernardus primus fratrum, quos nomine dicunt
Bernardos, hos religio dicat esse beatos
Magna viri, cuius lateri patientia virtus
Iuncta haeret, liniq; comas fert leta virentes
Nuda caput, latoq; humeros, & colla diurno
Obscuro aestu, sequiturq; Gregorius illum,
Religionis amans, magnus virtute fideq;*

Patientia.

Charitas.

F

Huic

*Huic comes est virgo latis amplexa sub alis
Corda hominum, flammis quibus irradiabat amoris.*

*Præterea diuersa alia apparentibus illis
Astabant aulis simulacra argentea, casus
Multorum regum & veterum referenti patrum*

Ex libris
regū histo-
riæ aliquz.
Regis Saul
interitus.

*Illic namq; aderat Saulus Cis filius acres
Marte Philisteos fugiens, teloq; cruentus
Occidit ipse suo, iuxta comes Ossus & auras
Adiacet, immanes instant clamoribus hostes
Et caput abscindunt humeris sublimeq; fixum
Ense ferunt, truncum suspendunt corpus ad aras
Astherot, gemitus tollunt palantia contra*

Abfalon fu-
ga & interi-
tus.

*Agmina, parte alia dimissis Abfalon armis
Per nemus vmbriferum sectatur seuus Ioab.
Ille autem fugiens nudus caput horrida transit
Per nemora, & crines humeris extensus, eoa*

Videtur
hoc nomē
Abfalō hoc
loco in-
te Abfalos
li.

*Assimiles lucis radijs auriq; nitori
Fertur equo, quem Cæsaries dedit aurea letho.
Vmbrosa in quercu si fuluo ex crime pependit.
At crinis raptu fit inextricabilis ipso.
O puer infelix & patris viribus impar
Quem dum amens tentat crudeli perdere morte
Morte perit subita, tetroq; operitur Auerno*

Ioab inter-
ficat Abfa-
lon.

*Victores linquens socios violentus Ioab
Accedit quatiens pulchros hostile per artus
Flammiferum, quater infixit præcordia dupla*

Obuia lorica, ruit ille vt falce coloni
 Nardus odoriferus vel purpureus hyacinthus
 At magnos questus genitor rex pectore ab imo
 Effundit. Barbam lachrimisq; humentat honoram
 Vidisses alibi telo crudelis Ioab
 Abnora dilacerum & transfixum pectus Amassam
 Hos necuisse dolo, memorant, ne auderet in illos
 Congrediar, pacem simulans nam seuus Ioab
 Proch scelus, intorsit iaculum trans pectus Amasæ
 Abnoraq; obiungulat molliquoq; voce salutans
 Hic fuerat quondam Cissæi regis in aula
 Dux magnus dominiq; sui post funus acerbum
 Iessæo regi comitem se maximus heros
 Addiderat, regisq; inter numeratus amicos
 Præcipuos non inferior fuit ille priore
 Conditione. Alia apparetq; in parte Benaias
 Educto gladio iugulat qui altaria circum
 Addoniam, fugientem vnaq; trucidat Ioab
 Mandato magni Salomonis regis in oris
 Eois, alibiq; etiam pater inuictus eius
 Astabat, fixumq; caput referebat in hasta
 Immanis Goliæ quem saxo audenter acuto
 Strauitq; & truncum: liquit, certamineq; hostes
 Vicerat innumeros, simulatque ibi fidus & almus
 Cernitur Abramus quem iuxta filius affert
 Ligna super tenero descissa ex ilice dorso

Fletus Da-
 uid in mor-
 te Abfalcon-

Ioab Inter-
 ficit Abner
 & Amalam,

Cissæi re-
 gis, id est,
 Saul qui
 fuit filius
 Cis.

Benaias iuf-
 fu Salomo-
 nis interfi-
 cit Ioab &
 Addoniã,

Diuinis monitis sacras maectandus ad aras
 A genitore suo, quem mox tenet Angelus eius
 Auertens dextram chari iam scindere vellet
 Ceruicem nati redimiti lumina septo
 Albenti aēt inter diuino numine dumos
 Agnum conspectum ad sacras quas condidit aras
 Immolat incolumi exultatq; superstitute nato.

Iesus siue
 Iosus triū-
 phi.

Non aberat puro ex auro calatus Iesus
 Martis honos. Septem qui dictis Gentibus, oras
 Venit ad optatas, cum multis millibus heros
 Hunc, Fama est, nec vana quidem, medio atere solem
 Detinuisse suis precibus, Gabaone, superbas
 Omnino gentes donec deuincere possset.

Moses.

Non deerat Moses illo apparente theatro
 Israelitis Sinaao à monte reportans
 Diuinam legem aurati qui sponte colentes
 Effigiem tauri, mo. unabit acerba
 Effigiemq; vssit, quem iuxta cernitur Aron
 Aron & frater princepsq; in plebe sacerdos.

Ioseph hi-
 storia bre-
 uis.

Mox & Iosephus spectatur primus in oris
 Aegypti, regi Phario qui somnia septem
 Spicarum, totidemq; bouum patefecit & annos
 Prædixit septem plenos, totidemq; carentes
 Annona, longo atq; indigno carcere & astu
 Zenobia, ereptus, cui fratres & pater vna
 Parebant, prisca atq; insomnia vera videbant

Ipsius

*Ipsius pueri, sibi nam parere parentes
Et fratres, olim placida inter somnia vidit.*

*Parte alia aulai cælatus stabat Ieptus
Magnanimus tristis mactata virgine nata
Occurritque hilaris referenti ex hoste triumphos
Prima patri non deerat ibi Samsonius offe
Millia multa hominum perdens atque ora leonis
Dilacerans, tonso sed mox eam crine vigorem
Perdidit ingentem Dalida deceptus amante
Sed crescente coma qua vis erat insita prorsus
Magna eius, templum quo plebs conuenerat omnis
In se omnesq; simul priuatus lumine fudit
Infelix alibi, desertis ecce quadrigis
Agminibusq; suis, traiectus tempora ferro
Dux Sisara iacet, sitientem falleret haustu
Iactis, ut ille graui somno premeretur, Iohel.
Non procul instaret curru Zabulonius heros,
Machabæus ibi natus super atera Iudas
Astabat fortis, multa inter millia victor.
Insanum Menalaum, alios hostesq; superbos
Suppeditans, pro lege Dei patriaq; fideli.
Insignes aliq; viri. Vetersq; parentes
Apparente aula cælati insigniter auro
Vna aderant. Diuina quidem spectacula sæclis
Omnibus, at postquam Rinaldus, & hospes amicus,
His varie ornatis iacuerunt cubilibus Altam
Addentes membris lassus sub nocte quietem.*

Ieptus Iu-
dex & dux
Israel.

Sanfo.

Zabuloni*
heros. i. Ba-
ruch.

LYRAE HEROYCAE

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM III. LIBRI.

Roficifcenti Rinaldo, vt dictum est, Carlus timens Afrorum aduentū fu per Parrhifios cōfultit fuos proceres, & rurfus in confilio Galaon fuadet Imperatori miffos faciat alios fortes Palatinorū in Rolandi, & Oliueri, & aliorum fortium Celtarum difquifitionem, Naimus impugnat cōfiliū. Quod fufpectū proditiōis effe affirmat, nimirum vt fortioribus deficientibus hoftes irruant fuper vrbes indefenfas omnifq; munitiōnis inexpertes, hinc Galaone cum fuif cōfiliū fuū nequā firmantibus, hinc Palatinus obfiftentibus, fit cædes in Maguntinos, intercedit Carlus in eorū medio, quos non fine minis placat. Interea Rolandus cū Angelica & Britomarte & Floriffa, & Tiranto aduenit, fit bundusq; accedit fontem amōris, quem dicunt indigenæ Merlini, in cuius medio videt Lanzarotum Britannum hic caufam reddit Rolando obquam Merlini fascino ibi detineatur. Tandē poftquā fuas fortunas & amores fui & Ginebræ enarrauit

uit Roládo, subitodisparuit, Roládus autē phas-
mate illo stupefactus detētusq; nō videt Ange-
licā, nempe sui conduli fascino inconspēta fu-
gerat, quā ruspans Rolandus obiter reperit Bri-
tomartē & suum armigerum Tergirū pugnātes
cōtra Ferragutū, & Tyrantū Gigātes, Florissam
q; Britomartis sponsam, in medio bellatorū flē-
tē crinibus solutis, pugnat Roládus cōtra Ferra-
gutū, qui nequiens suū equum ingenti Roládi
ictu perterritum detinere per syluā effugit. Re-
dit Rolandus ad locum vbi contendunt armis
Britomars & Tyrantus, qui viso Rolando à cer-
tamine desistit, recipitq; aquam baptismi à viro
religioso, qui in paruo sacello vitam agebat so-
litariam. Cuius manuum contactu à vulneribus
sanatur, his ita deinde peractis, omnes proficif-
cuntur ad bellum Parisiense. Ingressusq; vrbē,
reperit Rolandus Angelicam.

ALLEGORIA.

PER cōsiliū illud proditionis quod tanquā
vtile & bonū consulitur Carlo decet Princi-
pes accurate intelligere, ne, dum, suos cōsulunt
sub prætēxto boni consilij decipiantur seroque
peniteāt, sub persona Rolandi, qui ex Damasco
cū sua amasia Angelica aduentabat decet intel-

ligere hominem sua affectione, suoque proprio desiderio implicitum inescatumque; sub persona Lanzaroti Britanni, in medio fontis amoris apparentis intellige, rectam inspirationem, quæ nonnunquam incidit homini cum iam incipit submergi in fluctibus vitiorum, tunc enim non leues ruinæ, non exigua pericula, imminet homini. Cui sententiæ Allegoricæ magis quam historici Poeta alluisse videtur sic.


*His in amoris aquis multa atque immania monstra
Sæpe latere solent, lacerarunt quæ ore cruento
Non paucos hominum qui præteriere per istam
Horrendam Sylvam limphas quæ ex fonte biberunt.*

Sub figmento duorum fontium, amoris, & odij, intellige duo peccata exitialia animæ & corpori, nimirum inde alia oriuntur vitia, quorum vnum est amor venereus, aliud vero, odiû in proximum, idcirco Lanzarotus, id est, recta inspiratio sic adhortatur.

Effuge tu, sed vtrisque odij vel amoris ab vndis cæterum, sub persona Rolandi vestigantis Angelicæ virtute annuli cantati ex oculis elapsam, intellige hominem suo sensuali appetitu cęcucientem, quem nulla recta inspiratio à vitiorum prosecutione arcere potuit, tamen cum labore & ærumnis.

LYRAE HEROYCAE

LIBER TERTIVS.


 Nxius interea Galaon sua perfida regi
 Vota Libanori manifestat, ad impiaq; illum
 In Carli gentes certamina concitus ira,
 Atque odio irritat, rex protinus ipse Libanor
 Baionem Illyria depellens vrbe, potentes
 Comocat Aiscidas, Rhotamotem, acremq; Gridissum,
 Arram vita etiam, vna Marsinumq; ferocem,
 Heroasq; alios, animis armisq; superbos,
 Atque in Leucoteam fera dirigit agmina bello.
 Tum Galaon famam Gallis dispergit in oris,
 Rinaldum, Illyriam, suaq; oppida, regibus Afris
 Deseruisse dolo, quae fama vt venit ad aures
 Magnanimi Carli, qui tum residebat in vrbe
 Tristis Aquisgrano. Vis sex cum parte Quiritum,
 Quamuis nulla fides rumori certa daretur,
 Scilicet, hoc fecisse nefas, Annone creatum
 Rex Carlus tamen ipse doli suspectus, in hostes
 Arma parat, mestus Rolando absente, suisq;
 Principibus charis, Astolfo, acriq; quirite
 Oggiero, dominoq; Viena, vnaq; superbis
 Ipsius patris, Aquilante, & fratre feroces.
 Tum sic ambiguum regem hoc sermone latenter

Leucotea. i.
 Leucoteis
 sus' at-
 fia.

Annone
 creatum. i.
 Rinaldum.

Dominus
 Viena. i.
 Otiact.

Aggreditur Galaon, rex aequae & maxime regum
 Ferre vales o Carle tuas Rinaldus vt oras
 Inuisa tradat genti, Libyesq; tyrannis.
 Praeciperes illi. Rolandum quaerere regnis
 Tartarea, quae hosti, submisit cernis aperta
 Nuncia (ait, fictoq; simul falsata sigillo
 Scripta ostendit ei) nuper mihi Guarnier Afer
 Haec misit, te, Rinaldus dum venderet hosti
 Fraude tuo, indicium maius quod forte requiris
 Quam mox Gaionem cessisse hostilibus armis?
 Quem ductorem atrox Rinaldus liquit in vrbe
 Illyria, Scyticos adiens, scis, ipse simulq;
 Argento, atque auro, quantum sit pronus ab annis
 Ille suis teneris? Trasiomeri regis in arce
 Sint exempla tibi fecit quae insignia furta,
 Lysandram rapiens, auri cum pondere multo.
 Quae titulo pacis commisit fraude doloq;
 Plurima praeterea quae nunc memorare valerem
 Crimina patrauit, quae sunt subnocte silenti
 Perspicuum. Quare est, ipsum voluisse tyrannis
 Arfacidis precio pacto tua proderet regna
 Fingeret ille tuo Rolandum quaerere iussu,
 In Nomadum regnis, vbi vera lege relicta
 Barbara sacra colet, tibi se manifestet vt inde
 Aldictus Turchis, hostem, gentiq; togatae,
 Quos nunc ille tuas, iamq; hostis factus, in oras

Trasiome-
 rus rex Pa-
 ter Balisan-
 drae quae per
 apheretism
 dicitur li-
 sandra.

Nomades
 Afri dicitur.

Congregat,

Congregat, & libykos citat, in tua regna, tyrannos
 Hos opus est contra, totis obsistere nostris
 Viribus. O quantos Rolande absentia casus
 Nunc tua causabit, quantos dabit hostibus ausus.

Hec dicens fingit suspiria pectore ab imo.
 Magnanimos igitur iungas Dudona, Gapherum,
 Anselmum, fortesq; alios in Marte Quirites.

Intereaq; aderunt Rolandus, & acer Oliuer,
 Atque alij absentes, huc quos diffusa per orbem
 Bellifama feret, nisi eos a demone missa

In Christi populos teneat Galafroonia virgo,
 Deceptos, vt Rolandum pro qua errat amore
 Nos decet ergo, tuos inuestigare quirites

Forte Ammone satus sociatus regibus illis
 Prodat eos. Pariterq; includat carceris atrii
 Perpetuis tenebris, ad mortem scilicet vsq;.

Quis ruet? inclusis istis Rhotamontis ad ora?
 Quis Balluganto, Scardasso obsistere quibit?
 Quis Serpentino? quis nato Almontis acerbo
 Dardelio? quis Stordiliani perferet iras?

Et tandem plures alios & corpore & armis
 Immanes? qui nos aduersus prelia tantum
 Dira parant? nunc mitte viros iterumq; tuorum
 Maior vbi impendet fiat iactura minoris,
 Sollicitent qui omnes animis iuuenilibus oras
 Pro Astolfo, atque etiam Rolando, proq; Viennae

Heroe,

Galafroonia.
 i. Angelica.

Viennæ He
roi. i. Oliue
ro.

*Heroe, & natis, pro alijsq; Quiritibus vna,
Hæc ait vt facile Arfacidis regna omnia prodat
Gallica at interea, dum fors occurrere nobis
Maturant, bello audito si ex omnibus oris
Protinus instabunt, reparabis fortibus vrbes
Mœnibus Illyriæ affines necnon & Iberis.
Magnanimos statuesq; duces tueantur vt illas
Donec conueniant qui tantis viribus obstant
Heroes, sat enim tibi tempus suppetit acres
Quo remorere hostes, nec nunc tibi fortia desunt
Corpora, non alijs quæ absunt virtute minora
Atque animis, tantos contra sed ferre Gigantes
Bella diu poterunt? si quilibet æreat turris
Apparet nobis? Mambriui vnaq; suorum.*

Pagani hic,
translati e
sumuntur
pro infideli
bus, nam si
cut pagani,
qui quæ pa
gam colit
d. cõter ita,
sunt duri
ad mores
ciuiles & vr
banos suc
cipiendos.
ficiofi le
les sunt du
ri & obsti
nati ad reci
piendâ fidẽ
terram.

*Esto memor, quando immanes & corpore & armis
Tot Pagani in nos ruerant qui mœnia nostra
Iam quasi diruerant nisi tunc obstasset Oliuer
Dum speraret opem, quorum pars magna Gigantum
Agramantis adhuc partes in Marte sequuntur
Haud necis immemores Domini Almontisq; superbi.
Conuenit hos tantos validis perferre vigores
Pectoribus, summiq; prius Rectoris Olympi
Imploremus opem. Sacra tædeamus & vna
Templa, sacerdotum prostrati ante ora precantum,
(Quam bene dicebat Theomilla filius, ingens
Ni scelus vllum intus meditatus mente fuisset)*

Sic

Sic Superum prece, vig, tuas defendere gentes,
 Atque vrbes poteris, pulsus procul hostibus Afris
 Quos, adquisitis regionibus ibis Iberis
 Contra, vsq, ad syrtes, Europa ora s'q, supremas.

Præbuerat dictis tum Carolus talibus aures
 Consiliumq; doli, scelerisq; probauerat omne,
 Tu nq; ad consilium belli vocat ipse Quirites
 Marte pares, Naimum, Anselmum, Dudona, Gaferum,
 Cuidonem necnon, Oluardum, vnaq; Britannum,
 Obbolium, Sansonetum, atque Octona, potentes
 Atque alios, coram Rex omnibus atque ita fatur
 Magnanimi heroes ma'cti virtute simulq;

Armis, Scitis, ait, quanta nos mole Gigantum
 Irruat aduersus, quanta & cum gente Libanor,
 Agramante suo cum regno, vnaq; superbis
 Grandonio, & Falsirone, & Sacripante, vocatis
 Regibus atque Afris, quos inter, territat astra
 Argely & Sarchæ Rhotamons fortissimus heros
 Natus & Almontis, nec sum immemor ipse Gigantum
 Horrendorum armis, quos formidare videtur
 Terra viros, in quos quamuis & pectore & armis
 Magni adeo sitis nimium, decet attamen, acrem
 Vestigare prius Rolandum aliosq; quirites
 Propter eum errantes siue queis nostra omnia nutant
 Oppida, dum muris vrbes munimus & armis
 Quare agite, & nostros, qui sic regionibus errant.

Querite,

Rhotamons.

Querite, nam nullomelius de rege petemus
 Auxilium, quam de nostris heroibus istis
 Magnanimis, abeant Dudon atque Ariodantus
 Angeliusq; etiam, fortisq; Gaferus & heros
 Dordonus, comitesq; vna quos quisquis eorum
 Legerit. His abeat sapiens animosus & audax
 Melgissus, sciet arte maga qui ostendere mundi
 Qua sint parte viri, magicis fortasse tenentur
 Insidijs capti medio de robore nostro
 Rugierum eripuit, lucisq; Atalantus in atris
 Abscondit, Bradamanta suam, quae queritat illum
 Vxorem, nescimus adhuc quibus erret in oris.
 Qui non exigua nostris regionibus absunt.
 Iactura nunc nunc ergo, quos ipse, Quirites
 Iam signani orbem lustrate, inquirete & arma,
 Nota Palatinum, dum nos obsistimus hosti,
 In nos tam vasta heroum cum mole ruenti.

Oratio Nai
 mi Palatini
 aduerfati-
 ua.

Tum Naimus, nempe ille senex plus omnibus esset,
 In medio assurgens procerum, dein talibus insit.

Magnanime ore regum victor sedisq; supremæ
 Protector Desiderio tibi rege superbo

Desiderius
 rex Longo-
 bardorum
 quem Car-
 lus Magnus
 vicit.

Cum Longobardis superato, miror & omnes

Miramur tantis te expertum deniq; bellis

Ex etate tua tenera voluisse periculo

Tam manifesto armis desertis mittere ad Indos

Quos heroas habes primos, tibi nuper adillos

Rinaldo misso cum fratre, vnaq; duobus
 Tam validis socijs? si tales cogis ad oras
 Externas tot adire viros, instantibus vltro
 Hostibus innumeris credent te subdere velle.
 Sic Mantrecharto obsistes, Rhotamontis & iræ,
 Tantorumq; armis, quos iam scis ipse, Gigantum
 Non rarò ipsorum vires expertus & ausus?
 Abiecto quin præstiterit tibi maxime Carle
 Consilio sceleris, quod non nisi proditor vllus
 Suaserat, Illyriam circumdare milite multo,
 Robustisq; repente viris, prius agmine factò,
 Quam reges Afri cum tanta mole Gigantum
 Conueniant. Non sustinuit Maguntius vltra
 Sermones tales quin ira pallidus ora
 Succenset Naimo reliquis coram omnibus alta
 Voce, sua vt fallax non sit sententia nota
 Consilium certatq; suum plus esse probandum,
 In Naimum reijcitq; dolos, Ammoneq; natum
 Nominat authorem scelerum, tunc concitus eius
 Ora senex Naimus pugno percussit & ensẽ
 Educens, mentiris, ait, mentiris inique
 Tuq; paterq;, fidem semper violastis in omnes
 In patriam, & reges, nunc nos quoq; tradere tentas
 Hostibus ipse dolo. Vix ira talia fatus,
 Tres Ancellini natos, presente tyranno
 In se surgentes necuit, ferijtq; propinquum

Maguntius
 i. Galio

Rainerium,

Rainerium, in reliquos Maguntinosq; ruentes
 Inuadunt proceres, & regia plena tumultu
 Vidiq; tota sonat dispergitur atque cruore
 Et nisi conflictu in medio rex toruus adesset
 Maguntina domus prorsus in caede ruisset.
 Sed Carlus cum Dudone & simul Ariodanto
 Direpto gladio radiante per atria magno
 Ictibus & verbis nunc hos nunc increpet illos,
 Quemq; virum cessare iubens, deponereq; arma,
 Atrociq; minatur eis, pro crimine, poenam
 Impugnatq; ambos ira, & pro sanguine fuso
 Se coram tristatur, eis atque imputat iras.
 Vindictam inq; aliud plus aptum tempus omittit,
 His animi dictis moniti, visaq; quieti
 Irati regis facie cessare tumultas
 Incipiunt, dubia atque manet sententia belli,
 Mortua donec humo condantur corpora, sacra
 Et peragantur eis, donec sedentur & irae,
 Atque ea Aquisgrano dum fiunt vrbe, Franco
 Carloq; & Paribus conflictis Marte propinquo.
 Ex campis ecce Assyrijs, atque vrbe Damasco
 Aduenit, & secum Angelicam post clara trophæa
 Propter eam sibi parta diu certamine claro
 Heroum, fert Rolandus, penetratq; per amplam
 Arduenam Syluam, ad fontemq; accedit opacum
 Virgultis varijs procero & vimine septum.

Dulce

Dulce procul resonant vitreae concordibus undae
 Vocibus assimilés, sensim de rupe fluentes
 Sponte caua, fera nulla illum violauerat ore
 Nec fines apparebant vestigia circum
 Vlla suos. Sonus ille auris referebat amorem
 Fertur Acidalius fons hic, Venus aurea pleno
 Aspectu placido forsán super influat illum.
 Hoc etenim quicumq; bibit de fonte liquores
 Mox amat, & sensim depascitur ignis amoris
 Viscera sed fons alter ei contrarius ista
 Delitet in sylua Galli hic est amnis origo
 Nascitur hinc odium unctis potantibus illum.
 Vt vidit fontem atque audiuit suauiá aquarum
 Murmura, Rolandus, modulos imitantia amorum,
 Ex Briadoro avidus potus descendit, & ipsam
 Angelicam assumit, viridesq; exponit ad umbras,
 Tergyro, atque etiam Britomarte, sequentibus illum
 Non procul à tergo, cum alia præstante puella
 Hæc Florissa fuit Liddorum pulchra tyranni
 Filia, magnanimo Britomarti dedita coniux
 Menodantis erat Britomars sed filius acer
 Rolando forti primis addictus ab annis.
 Atque ab eo sacri renouatus gurgitis undis.
 Armiger eius erat verum fidissimus alter.
 Ast ubi Rolandus nondum potare nitentes
 Ceperat ex illo fatali fonte liquores

Gallus Hu-
 uius cuius
 aquæ dicun-
 tur fusiose
 reddere eos
 qui eas po-
 tant.

*In medijs en cernit aquis nitida arma, iubasq;
 Indutum iuuenem, cuius fert dextra pharetram,
 Laeva arcum, formosus erat, velut esset Adonis.
 Quando inter Sylvas Veneri fuit auctor amoris.
 Obstupuit visa Rolandus imagine tanta
 In medijs vndis, quam sic affarier infit,
 O quicumq; habitas tam clari gurgitis vndas
 Dic mihi dic quæso? Quis sis? quæ occasio nostros
 Te appulit ad visus, Veneris ne es filius ille
 Tantus apud gentes, post mortem forsitan eum
 Anne redis nostrum, nobis vt nuncius adsis,
 An ludis nostros magico phantasmate sensus?
 Merlinum audiui saepe has errare per oras
 Prima etate mea, cui sic responderat illa
 Vmbra nitens, fusa clamoris imagine limphas
 Per medias, nec sum Merlinus nec tua fallo
 Lumina Rolande, aut venio de manibus imis,
 Nec sum quem dicunt Veneris puer ille Cupido
 Etsi me spectes arcum & gestare pharetram.
 Lanzarotus ego sum quem Merlinus in isto
 Fonte diu clausit, patior quo, propter amorem
 Reginae, cuius nolim meminisse, Ginebræ.
 Hæc, audisti etenim, coniux fuit ante superbi
 Arturis. Anglorum regis regniq; Britannii.
 Insidias cuius fugiens se condidit exul
 Carleo, bello donec rex mortuus esset,*

Rolandus
 videt in me
 dio fontis
 amoris um
 bram Lan
 zaroti Bri
 tanni, Mer
 lini incan
 tatione de
 tenti.

Oratio Lan
 zaroti ad
 Rolandum.

Hæc

*Hac præ nobilibus cunctis speciosa puellis
 Anglorum dignata suo est me adiungere amoris
 Prælatum multis heroibus, atque tyrannis,
 Quorum non paucos dextra hac, certamine dici
 Propter eam, quos inter erat Carietus ab hæsta
 Transfixus nostra, quem utinam non ipse necassem
 Nec nouissem unquam tanti mihi causa doloris
 Ille fuit, certe reliquis super omnibus huius
 Regine censebatur Moderecus amator
 Qui foret Angliacis illustris in Urbibus heros
 Et forma insignis, sponsum se sponte Ginebræ
 Conciliauit amans, quem non odisse Ginebra
 Forte videbatur, sed tunc dum mutua amorum
 Indicia inter eos, nec non arcana vicissim
 Nuncia multa forent, ex oris ecce Britannis,
 Scilicet ex Lundona adsum, præfulgidus ostro,
 Gemmifero & cultu, comitatus milite multo,
 Ut spectarem illam atque etiam spectarer eadem,
 Confiteor, memorem quod me sua forma decora
 Adiecit, iuuenis florente ætate fuissem.
 Ast ubi me prospexit, erat quæ pulchra fenestra,
 Inq; vicin conspexi illam præcul Arture rege,
 Alter ab alterius compulsus exurimur igne.
 Deniq; non paucis iam dilabentibus annis
 Connubio frumur, charisq; amplexibus, ambo
 Astu ingente nimisq; arcano, conscius unquam*

Moderecus
 filius Artu-
 ris amator
 sue nouer-
 cæ.

Præcul Artu-
 rure regis,
 Arture ma-
 rito ipsius
 Ginebræ
 absente.

*Ne foret infelix nostri Moderecus amoris.
Iamq̄ erat hic etenim, vulgi rumore, Ginebrae
Sponsus connubij quamuis non vincula ligassent*

Festū Ioan
nis.

*Prorsus eos, sed iam festo veniente propinquo
Zachariae nati, quo vernis floribus arua
Plena virent, crescuntq̄, nouis arbusta viretis
Quo viget omnis amans calor & iuuenilis abundat.*

*En Moderecus adest comitatus milite multo
Clarus auis, armisq̄; potens, & sponsus, amator
Reginae, audito quæ illo iam accedere multis
Millibus ecce cadit nostra inter brachia sponse
Titbonis similis, quando fugientibus umbris
Mane rubet. Metuebat enim, quod Marte ruiisset*

Asturides
i. Modere-
cus.

*In nos Asturides, nostri furibundus amoris
Consciis. Interea improviso milite porta
Regia pulsatur, Moderecus miserat illum
Ad reginam, eius nimirum fretus amore.
Sed nimis instantem impredientemq̄; oscula chara
Vestibulo occidi iuuenem, dixit cæde peracta
Hac, socij miseri, confugit territus alter
Qui stipabat eum iuuenis, tum sumimus arma
Ipse, mei, vna comites, ne immane subiret
Iudicium rursus, tristis regina, quod ante
Cum fuerat morti damnata, instante marito
Arture rege suo, quam dextra hac ipse redemi,
Ignorante animos Modereco sponte vocatus.*

Non

Non illum, sed me, regina ardentem amabat,
 Ipsa coacta illi quanquam insinuaret amorem,
 At Moderecus amans infelix, nuncia postquam
 Tam dira audiuit, necnon & militis eius
 Interitum subitum, sic, ut veniebat inermis,
 Et Tyrijs tunicis, ostroq; insignis, & auro
 Sponsus uti, gladium vagina diripit amens.
 Et nisi forte sui comites Bademagus & vna
 Obstitissent media irrueret temerarius vrbe.
 In me, & reginam, sed nostrum robur & ausus
 Experti, certiq; armatos intus in vrbe
 Esse viros, tenuere illum, monuere fugamq;
 Sed non decepti, me instabat bella Ginebra
 Irruere aduersus, cum multis millibus, illos
 At clam solus ego irruerem, nisi protinus ut me
 Fœmina sensit amans lachrymis prohiberet obortis
 Brachia me circum voluens, niuis æmula primo
 Candori, sed non animo hæc sententia nostro
 Excideret, ni reginæ vexilla videntes
 Cum nimium inuito Modereco sponte dedissent
 Terga sui comites necnon Bademagus amicus.
 Corbecumq; urbem magno atq; ingente tumultu
 Replerunt, in meq; armarunt agmina multa.
 Interea Artur adest multo cum milite natum
 Infandumq; suum Moderecum occidit in vrbe
 Cornubio, vnde ipse effugiens sua regna reliquit.

Corbecus:

*Filius at maior. Modereci iamq; perempti
 Dum purgat patrem scelere hoc Carietus & vna
 Et Bademagus, item & proceres, quos transeo, multi.
 Ecce nouum alliciunt contra nos Artura fortem
 Obiiciunt etiam nobis raptumq; Ginebræ
 Et tandem se coniurant me aduersus in vno
 Agmine, Galassus tunc noster filius acer
 Insidiatus eis cum multis millibus vrbe
 Operiebatur, sed ego non inscius ante
 Hostibus occurro improuisis plurima quorum
 Corpora do letho, Carietum occido priorem
 Bartolum vero & Bademagum vinco fugatis
 Arture cum reliquis, nondum certamine tanto
 Finito, regina venit circumdata multo
 Milite, nobilibusq; suis stipata puellis
 Vt mecum moreretur eo certamine, quamuis
 Virgo tenella foret, belli si aduersa fuissent
 Fata mihi, quem victorem vt conspexit aperto
 In campo, præ letitia cecidisset ab aureis
 Semianimis bigis, in illam Quintinia nutrix
 Cum liquidis reuocasset aquis, quæ animata calore
 Iam collecto intus, letum pœana canendo
 Accessit nobis, palmam dextraq; gerebat.
 Hanc vbi sum complexus ego, libo osculaq; ori,
 Condolui, viso Carieti corpore, quondam
 Noster amicus erat, teneris assuetus ab annis*

*Tristano & mecum paribus contendere lanceis,
Coram reginis, Isaa, vnaq; Ginebra.*

*Tum serabundus nostra te ego veste cadaver,
Et iubeo imponi bigis, duciq; per urbem*

Regalem ad tumulum, condi & solenniter illum

Cum pompa edico, exequisq; insignibus vna,

Et Bademagum arce inclusi, quem deinde remisi

Et multos alios, quos hoc certamine cepi,

In caput ipse meum, non paucis si inde diebus

Præteritis, nostra defensa fortiter urbe

Arture ab insurgente nouo, atq; ex hostibus actis

Pluribus inuidia nostri, me deniq; sylua

Hac tum venantem & figentem terga ferarum,

Prædarumq; quidum, medio feriere repente

Corde, venenato ferro, Bademagus & acer

Bartolus multa latitantes gente, virenti.

Hac spelunca, vmbri salicum, quam cernis opacam.

Sic moribundus humi sterno post terga relictis

Alonge socijs, fugientem intentus in aprum

Liqui illos, sonipes noster volitaret in auras,

Tum mihi Merlinus morienti (nouerat ante

Hic ortum interitumq; meum, chariq; sodalis

Tristani, petissemus si sacra Griali,

Sacra Griali, hominem que non spectare licebat)

Pocula amomi arnis deducta propinat Idumes

Apparens hac in sylua ex rebo ante profunda

G 4

Qua qua cōten-
tione anna
les citōsisq;

Grialū no-
men dedu-
ctū à Græ-
cis vātes
enim, lan-
tiquus nam
fertur esse
quoddā sa-
crā antiquū
nēpe calix
aut reli-
quia sepul-
cū: Christi
feruatoris
nostri, idq;
Ioseph ab
Arithmatia
cudā reli-
gioso viro
nomine
Clein reli-
quisse ferua-
tumq; iux-
ta se in urbe
Corbec in
regia palca-
toris à Vir-
gine filire
gis Alani
nūquā e-
inretuntā
nis per li-
brū Arcanū
Merini Va-
tis, ſuper
quo sacro
primi Britā-
næ heroes
cōtēdisse
ferunt de

Quare responsa dabit, Tymba, & me condidit istis
 Incantatum vndis, donec cum virgine bella
 Suspicerem hac transire virum qui his fidus in or
 Turcharum multos vincet, Christoq; reducet
 Inclutus, hanc Merlinus enim fore deniq; metam
 Hic standi mihi praecinuit, spes ergo salutis
 Tempestivus ades nostra qualem magus ille
 Vaticinatus erat, sed tu hoc de fonte cauebis
 Potare ulterius, nisi vis in amore perire.
 Fons hic amare facit, flammisq; exurit amoris
 Potantes illum, verum fons alter opacus
 Non procul hinc diffundit aquas qui à flumine Gallo
 Sub tellure fluens ignes extinguit amoris
 Quos alter causat, proq; illis excitat atrum
 Assiduamq; odium, quam contra poter amavit.
 Effuge tu, sed vtrisq; odij vel amoris ab vndis
 His in amoris aquis multa atq; immania monstra
 Sepe latere solent, lacerarunt quæ ore cruento
 Non paucos hominum, qui praeteriere per istam
 Horrendam sylvam limphasq; ex fonte biberunt.
 Ex quo Tristanus, simul atq; Isæa liquores
 Hauserunt, Mario hac irent cum rege marito
 Ipsius Isæa, Tristani & amantis aumiclo
 Vnde amor ille fuit tantorum causa Britannis
 Bellorum, tantiq; odij Marium inter & acrem
 Arctura, ob Isæa raptum namq; eius amore

Ardens Cornubio violenter ab Vrbe mariti
 Proripuit Tristanus eam, pradaq; potitus
 Gazofilo imposuit, sed qua non cede peracta?
 Queis non euerfis populis rex ipse maritus
 Marte reduxit eam prostrato, vulnere diro
 Tristano? & quæ dein Mario sint damna secuta
 Que ve iterum cades atq; in sua regna ruinae?
 Non mihi permissum fari nec plura referre
 Sed te ad campanam admoneo mox ire tyrannos
 Sperat vbi immanes rex Carlus auunculus, illi
 Dum properant aduersus eum cum ingente tumultu
 Irruere & dum tu eo is spaciaris in oris
 Dumq; etiam Carlimonitis te querit at acer
 Rinaldus, charo cum fratre, fidelibus vna
 Et socijs, quæeruntq; etiam dum te omnia regis
 Robora, Daresius, Dux atq; Astolphus Oliuer
 Et gemini nati, Gryffonq; Aquilansq; feroces
 Compluresq; alij, atq; etiam post tanta laborum
 Tempora, ad huc maneo dum poenas pendo reatus
 Te moniturus ego quæ bella ingentia Carlo
 Nunc instent, tanto si sunt sua regna periclo
 Vt nisi præfueris citius dent victa ruinam.
 Interea Angelicam quamuis amiseris amens
 Aspectu valde ne sic tristeris ob illam.
 Inscia enim adueniet Turcharum ad castra superba
 Leuchoteam contra quæ facti causa tumultus

Gazophylæ
 locus ubi
 Tristanus
 abscondit
 Ixam vul-
 go Guarda
 Icyosa.

Leuchotea
 i. Parthius

Tanta erit, & litis, Libycos heroas & inter
 Ipsorum reges, simul vt sua castra ruina
 Assidue labi incipiant, sensimq; fatiscant.
 Praesertim cum tu horrendis accesseris armis.
 Arfacidis metus, atq; vna pauor hostibus Afris.
 Tunc optata tibi occurret Galafronia virgo.
 Atq; vtinam non huc occurreret, ipsa tumultus
 Causa erit, & belli ciuilibus, plurima caedes
 Vnde erit, in gentem Francorum funditus eius
 Intentam studio quos sic reparare valebis
 Cum valida dextra, vt Turchas dare terga coactos
 Compuleris, strage ingenti, bis sic deinde peractis,
 Querens Angelicam fugientem bellica castra
 Accedes Merlini arces, vbi praesidet eius
 Nunc pronepos Atalantus, vbiq; Ammonia virgo
 Sperat, vbi Astolphusq; manet Danesus & vna
 Coniugis atq; Aldæ frater stipatus vtroq;
 Magnanimo nato, multisq; heroibus Afris
 Attamen interea fugiens Galafronia castris
 Turcharum, loca ad illa simul perterrita valde
 Accedet, cuius labentur spectra magorum
 Intuitu, heroesq; euadent vincla potentes
 Eius enim digitis precij innumerabilis haeret
 Annulus, hunc quoties vult euanescere visu
 Humano, ore locat, simulacraq; carmine facta
 Dissipat, exiguae tanta est vis insita meli

Ammonia
 virgo. i.
 Bradagam.

Annuli in-
 cantati vir-
 tus.

Hunc

Hunc prius Isææ bella fert fama faisse
 Cum Marium regem fugiens se tradidit vltro
 Tristano, atq; vrbes venerunt ambo Britannis
 Tandem post longum tempus furante maligno
 Brunello ex vrbe Abbaraca Galafronis ab arce
 Secreta, inq; manus cessisse Ammone creatæ
 Deindeq; Rugieri, de quo Galafronia virgo
 Obtinuit fallax, quæ non ignara vigoris
 Eximia spiræ subito diffugit amantem
 Inq; paterna, oculos hominum mentita, refugit
 Regna, vnde huc illam potuisti ducere tecum
 Post varios casus quos est perpessa procorum
 Ob multos, qui illam studio cum ingente petebant
 Assidue, quos inter erat Feragutus Iberus
 Quam, discurrendo diuersis partibus orbis,
 Hoc reperire loco, ne quicquam quibit amator,
 Qui cum contendes, sed non finire duellum
 Mox poteris, quin præstiterit tibi clare sodalis
 Nunc pacare tuos, Carloq; occurrere magno
 At nostri interea non obliuiscere, quando
 Ante altare Dei supplex stes vera colendo
 Quæ instituit Christus cum carne & sanguine sacra.
 Dixerat & media ex animis post tempora longa
 Lantarotus aqua cecidit postrema loquutus
 De cuius, nisi puluis aquas qui infecerat, omni,
 Mole nihil visum est, subito euanescere visi

Fuge Isææ
nota.

Annuli in-
cautati de
manu in
manu trās-
latio.

Hunc

Hunc dum Rolandus miratur, & amplius vna:
 Plura rogare parat, dum attente affixus & haeret,
 Sermoni, voluens oculos non prospicit vsquam
 Angelicam, nec equum Briadorum, at non procul, audit
 Arma & equos, nec non & murmura certa virorum
 Bellantium, parte vna etenim Feragutus Iberus
 Hac loca praeteriens contra Britomarta procurat
 Eripere Angelicam, pro alia, sed parte tuetur
 Tergyrus Briadorum hoste ex atroce Tyranto,
 Qui capere alipedem spreto custode volebat.
 Hunc ruit in vicinum heros Milonius hostem
 Qui iam Tergyrum gladio, tellure iacentem
 Nexibus abscessis galea iugulare parabat
 Et Durlinthini tanto ferit obuius hostem
 Exultantem ictu, quod in caput omne moueret
 Ocyus ille retro subitis perterritus armis
 Extremum egisset fatum, celer haud tamen ictus
 Mittitur in cassum si ex humero quodcumq; sinistre
 Attigit, abscederet, tali dare vulnere vitam
 Creditur in sua terga cadens sine mente Tyrantus
 Sanguinolentus, e quis tanti fugientibus ensis
 Astrepitu, fidum Briadorum praeter alumnum.
 Nam postquam sensit dominum se sponte parauit
 Gratus ei, Rolandus equum mox impiger vna
 Ascendit, contra Feragutumq; irruit hasta
 Quam reperit campo, qui iam Brytomarta trabebat

Certamen
 Rolandi cū
 Feraguto.

Semianimem,ferroq; etiam male membra mouentem
 Atque inter diaphragma ferit thorace sub imo,
 Eiaculatus eam pro dextræ robore terræ
 Sufficiens mensus spacium,tanto impete iacti
 Hastilis,violentus equus hostilis in auras
 Vertitur,aurata impatiens & lorarefringit,
 Et Feragutum omniinuitum trahit æquore Syluæ
 Sanguineis tingentem herbas cum fluxibus,basta
 Illa etenim ex septo ærato resiliuit ad inguen
 Et graue vulnus ibi fecit quo hastile pependit.
 Ac veluti accliui magno cum pondere currum
 Monte vehunt tauri,celeri velocius euro
 Mutantur,nec voce graui,nec verberere duro
 Flectere eos auriga potest haud tardior illo
 Aduebitur Feragutus equo per denia syluæ.
 Adcurrentis equi,domini pariterq; uehentis
 Immoti strepitum,surgit tellure Tyrantus
 Post dominum iam Tergyro properante ferocem.
 At Superatus vti quando in certamine gallus
 Rostra iubasq; leuans & cristas rursus in hostem
 Ex tellure,odijs ignominiaq; ruina,
 Concitus aduolitat,mox illumq; vngue lacepsit
 Et sonitu alarum,procliuuq; ore deorsum,
 Haud aliter celer ille gigas ruit,vndiq; clamant
 Horrendum,primiq; occursum fertur in acrem
 Operientem,illum,Brytomarta,assuetus & ante

Mira colla-
 tio ex Gal-
 lo.

Contra

*Contra alios hostes, crura inter, brachia certat
Nectere, magnanimumq; in terram funditus hostem*

Certamen
Britomartis
& Tyranti
Gigantis.

Sternere. Tum Brytomars simulat se sponte quietum

Consciuss ante doli, & subito negat ora Tyranto

Obtinuisse rato celerem Britomarta lacertis.

Ille tamen Galeam supra dat comminus ictum

Ingentem. Semi attonitus tum forte Tyrantus

Vix potuit pedibus subsistere vulnere primo

Quin renouato herbas tingebat sanguine multo

Tum foret ambobus tam saeuum aequale duellum

Menodan-
tiades. i. Bri-
tomars.

Menodantiades ab equo se sternit & ense

Extollens dextra valida sic mollibus hostem

Compellat verbis. O heros pectore & armis

Magnanime, huc qui venisti tua fata requirens,

Cede deo, plagisq; tuis medicare cruentis

Has etenim circumuoluam stringamq; lacernis

Ipse meis laceris dein & finire duellum,

Hoc mecum poteris, consuetum robur adeptus

Tum paganus adhuc, neq; enim furor iraq; tanti

ictus, fuit eum bene respondere loquenti,

Ipse tuum tuare caput quo consulis, inquit,

Talia, plus impendet enim tibi dira ruina

Nec non & socijs fugientibus hac mihi dextra

Incolumi, dixit, tantis seq; ictibus ambo

Arsidue ingeminant, Cyclopibus Aetna sonare

Ut videatur ibi, quos non diungere quinit

Nec

Nec prece nec lachrymis medio Florissa duello
 Assistens, sed dum Britomars acerq; Tyrantus
 Sic certant, ecce interea Milionius hostem
 Quadrupede effræni raptum insectatur & alta
 Voce vocat sed nequicquam per devia namq;
 Ille loca affertur. Furijs agitatus & ira
 Hac illac ab equo conans se sternere frustra
 Forte ligatus erat lumbos & terga per armos
 Quadrupedis corio quod inextricabile nodis
 Efficitur magis atque magis dum cogit equum vi
 Tum Rolandus, eum neq; iam discernere visu
 Fors poterat, redit ad socios sæuôq; duello
 Prospicit ardentem Britomarta, vnaq; Tyrantum
 Quos iuxta stabat sylvas clamoribus implens
 Dispersis Florissa comis imitantibus aurum.
 Sylvarigabatur stillante vtriusq; cruore
 Haudideo desunt animi, suetiq; vigores,
 Imo in maiores iras, furiasq; resurgunt.
 At Milione satus tantum sine fine cruorem
 Diffundi aspiciens nulli se iniurius offert
 In medio amborum, nunc hunc, nunc arcet & illum,
 Tum clypeo gladios, & tum sermonibus iras
 Indomitas cohibens, generosus & inclytus heros
 Noleus inuadant hostes duo prorsus in vnum
 At Milione sato viso perterritus hasit
 Tyrantus, nusquamq; videt speculatus iberum

Britomars
 sponsus do
 rissa que
 illi metues
 bellantibus
 se ingessit.

Rolandi ge
 nerositas.

Heroem,

Heroem, ratus vnde illum iam morte peremptum
 Rolandi dextra, doluit, defecit & amens
 Et gladium infigit terræ, damnatq; suorum
 Numina diuorum, sepe execratur & illos,
 Ac veluti catulo quando inter furta perempto
 Agricolis, seuit lupus & rabie excitus, ore
 Mordet humum, noctuq; auras vlatibus implet,
 Sic, non conspecto Feraguto saucius omni
 Corpore seuit atrox inseq; deosq; Tyrantus
 Semianimis cadit atque suo super ore cruentus.
 Sed mox Rolandus & Menodantius illum
 Ex tellure leuant, disperso & fonte liquente
 In faciem, reuocant tenui sermone rogantem
 Pro charo socio Feraguto, Aglantius heros
 Sed dum stringit ei lacera cum veste cruenta
 Vulnera, solari sic incipit, O vir acerbi
 Pectoris, insignisq; animo, socioq; fidelis
 Fide, tuus viuit Feragutus, reris vt ipse
 Nec iacet, hac dextra priuatus lumine vitæ
 Nam fugitiuus equus vastæ in penetralia syluæ
 Proripuit violenter eum, mihi casus iniquus
 At nunc ipse tui domini obliuiscere, mecum
 Numinibusq; tuis spretis, dies atque relictis,
 Te conuerte deo vero, natoq; perenni
 Christo, qui nostrum vt posset reparare parentum
 Primorum labem dilapsus ab ætere summo

Pulchra col
 latio à lupo
 seuiente
 lamptra.

Virginis ex utero Mariae virtute supremi
 Neupmatis assumpsit carnem, deinde & cruce pendens
 Crimina nostra suo sacro sanguine lanit,
 Infernosq; sinus exin descendit Auerni,
 Empireas vnde ad sedes cum manibus almis
 Priscorum patrum, quas vinculis soluerat, axim
 Per medium caeli penetrauerat hoste Sathane
 Perpetuis tenebris incluso atq; ignibus atris.
 Atq; iterum adueniet superum comitantibus illum
 Angelicisq; chorus, iudex super omnia sacra
 Praemia pro meritis cuiusq; aeterna daturus,
 Contra, aeterna suo pro, quod fecere, nefando
 Crimine supplicia, & poenas sine fine futuras,
 Quas etiam qui non legi voluerunt Tonantis
 Parere admoniti patientur, nec minus & qui
 Deseruere illam praecpta insana secuti.
 Has caueas poenas sacris baptismatis vndis
 Inspergare decet, primos haec vndareatus
 Abluit, obstructiq; vias patefecit Olympi,
 Primus Ioannes Christum sic sparserat vndis
 Gurgite Iordanis, vbi vox audita supremo
 Patre fuit, meus est hic charus filius aeo
 Quem genui aeterno, sincera huic credite mente.
 Crede igitur, nec vanaputes quae credita vera.
 Credidit & Britomars, tuus hic in lege sodalis,
 Rugier atq; etiam, tam forma insignis, & armis,

Compluresq; alij, quos hic memorare ualerem.
 Sed iam mox instat, cogitq; inquirere sedem,
 Rebus ubi medicis foveamus vulnera uestra,
 Atq; ubi carpamus somnum placidamq; quietem
 Defessi, longaq; via, longoq; duello,
 Hac & plura alia intento suadere Tyranto
 Rolandus potuit, nec bella oblitus amica
 Angelicae absentis, pro qua suspiriatoto
 Corde edebat amans, uerum sermone Britanni
 Herois monitis, magnum capiebat amoris
 Solamen dum sperat eam sacra urbe videre.

Talibus interea mentem sermonibus omnem
 Addiderat sacri illustratus neupmatis igne
 Tyrantus, quem Rolandus Florissaq; bella
 Et Britomars & Tergyrus posuere cruentum
 Quadrupede, atq; in vicinum duxere sacellum
 Exiguum quod erat fluuij sub culmine Rheni.
 Seruus ubi domini stabat pauperq; sacerdos
 Prolixam barbam atq; comas intonsus ab annis
 Subtremulam, cuius dextram curuata regebat
 Atq; humilis pinus qui mox, heroas ut omnes
 Suscepit, templo exiguo iam sponte petentem
 Sepe diu lauit diuino fonte Tyrantum.
 Qui simul ut primum celesti numine sanus
 Redditur attrectante viro sua vulnera sancto
 Ecclesiae Christi se sponte addixit alumnum.

Et defensore[m] dein non cessabat amicis.
 Osculaq[ue] amplexusq[ue] suis dare, reddereq[ue] una
 Autori celi grates laudesq[ue] supremo.
 Nec minus & Britomars iam sanus membra cruento
 Vulnere agebat ei grates cum coniuge bella
 Florissa, Rolandus idem, facit atq[ue] fidelis
 Tergyrus, sanctus venerandusq[ue] hospes & una.
 Qui viridi prius ornantes cum cespite terram
 Discumbunt, milij vescentes pane sub imo
 Concocta cinere, & malis syluestribus una
 Quae sibi sola epulis vir religionis habebat.
 Ast immanis apri pinguem super addidit armum
 Conditum sale & elixum Tergyrus amicus.
 Quadrupedis dorsi quem posteriore ligauit
 Parte sui, forte alterius fragmenta diei,
 Thetios & tandem libantes pocula pure
 Concludunt cœnam dapibus mensaq[ue] remotis
 Ex herbisq[ue] cubile parant, dant membra sopori.
 At non omnino potuit requiescere magnus
 Rolandus, bellæ Angelicæ conflictus amore,
 Quin in somnis amans media sub nocte resurgit,
 Nunc se, nuncq[ue] virum Merlini fonte repertum
 Increpitat, tantamq[ue] moram atq[ue] obliuia damnat
 Et iustam simul esse fugam Galafronidis amens
 Iudicat, in sylua socorde ab amante relicta
 Parrhisiosq[ue] alias tanta obsidione teneri
 Tristatur sic atq[ue] in somni nocte dolebat.

Thetios. 3.
 aqua me-
 thionice

Has igitur curas summo de mane reuoluens
 Sollicitat socios atq; alta abrumpere somnos
 Voce monet, properate, inquit, circumdata nostra
 Moenia, ab Arfacidis ausis, armisq; tueri
 O socj mecum, belli audio namq; tumultus
 Leucoteam contra, unq; nunc opus omnibus vti
 Viribus, in Turchas qui fossa atq; aggere nostras
 Circulant gentes, Carlumq; euertere tentant.
 Hec effatus equum Briadorum irritat & vna
 Tergyrus, Britomarq; suos Florissa, Tyrantus,
 Et celeres penetrant vsq; ad campestria Melde
 Castra vbi Turcharum, tentoriaq; alta tyranni
 Agramantis erant, nec non Rhotamontis acerbi,
 Atq; Libanoris, maguorum vnaq; gigantum,
 Multorumq; virum, per quos transire dici
 In medio potuere, diam sternendo patentem.
 Multa strage hominum facta sic deniq; in urbem
 Leucoteam subito diruptis hostibus intrant
 Incolumes nullo illorum patiente ruinam.
 Quos longe agnoscens dilapsa ex luce procorum
 Virtute spirare, comitata est Angela bella
 Urbis ad vsq; fores, vbi se manifestat amanti
 Tempestiua suo, sicut praedixerat vndis
 Lanzarotus ei, quam mox amplexus amator
 Oscula libauit, lateriq; adiunxit amantem,
 Non ratus esse sibi, & signo custodibus arcis
 Letitia exhibita noti admittuntur in arcem

LYRAE HEROYCAE.

LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI IIII.

Postquam in latentibus atrijs Logistææ Atalantus & Rinaldus ocia ceperunt, precatur Atalantum, vt sibi redditis sorore, & fratre, & suis sodalibus liceat inde abire suumq; iter peragere, vt sui regis mandata adimpleat, aut saltem sibi copiam concedi, iterum visendi sororem crescentem in luco effascinato. Atalantus autem pollicitus ei sodales, fratresq;, prædicit quo pacto statim deficiente luco, domoq; sua incantata, inde suam sororem, cito egressuram incolumem, simul cum suo sponso Rugiero, omnibusq; illis principibus, & regibus, prædicit item Palatinos interficiendos esse dolo Galaonis in Pyrenæis ad vallem Ezequam, quam nunc Roncesualles dicunt, item etiam Rinaldum ipsum imperatū ire Trapezuntia quam subiiciet Carlo, præmonetq; quo pacto iter facturus sit per speluncam obscuram anfractuofam, quam illi ostendit, unde egressurum ait ad syluam latissimā & saltus nemorosos, vbi non citra ærumnas & labores,

ocia capturus sit . Tandem eum sistit ad speluncæ ostium, adhortaturque intra speluncam esse viarum implicationem , ad eò vt facile aberrare possit, veruntamen non nisi recta via incedat, qua aditus ei patebit ad lucem. Sic loquente Atalanto , Rinaldus speluncam ingreditur, tres audit voces ex tribus diuersis partibus , quarum quælibet inuitat adhortaturque Rinaldum accessum ad se fecius errare, ipse tamen iter eligit rectum , qua accelerans vltra prospicit lucis splendorem , simulque fluumium subterraneum , vbi Artur rex qui fuit Britannix portitor stabat, vt facientibus iter per speluncam dux foret, & à flumine liberator, à quo Rinaldus certior redditus itineris , postquam ei Artur ipse suos casus & fortunas retulit , suo nauigio recipitur, tandemque extra flumen & speluncam sistitur, inde videt syluam latissimã. Tum cãpis conspicuã, tũ nemoribus horrentẽ. Obiter exit obuiam fratri suo, & sodalibus, qui inuicem se esse repertos maximè exhilarantur. Narrant frater & sodales, quomodo suasu Logistæ Atalantus eos soluerit ab effascinato carcere . Omnes ergo vltius progressi procul vident gigantes certantes contra equites, multis puellis lamenta leuantibus, concurrunt il-
luc,

luc, certant armis cum gigantibus in certamine interficitur Tinganor, cæterum gigantes victi interficiuntur, vno tamen incolumi Morganore, qui postquam eis narrauit se, & interfectos, fuisse illorum nemorum custodes, iussu sororum magicarum, qui illis oris imperabant, à Rinaldo Christianus instituitur. Tandem ipse & frater & sodalis cum puellis & viris ereptis, inita amicitia Tugurium ingressi cibo somnoque fouentur.

A L L E G O R I A.

SVB persona Atalanti qui nonnullis illecebris & blandimentis Rinaldum commoratur, intellige mundum hunc, qui pollicitis fallacibus donisque momentaneis, hominem, necum mentis feruore & charitate suorum antistitum præcepta adimpleat, commoratur, cæterum per exhortationes Atalanti à palacij Logistæ adhortantis Rinaldum, intelligitur Mundus, hic enim suis subitis ruinis & momentaneis suffragijs ex ratio nis terminis citendit, quamuis indirecte, salubre consilium, nimirum qui coniecturam mundi rerum faciunt, facile eius fallacias cognoscent,

cæterum per speluncam ubi tres viæ implicitæ
 tribus vocibus distinctæ audiebantur à Rinal-
 do, qui ignorabat qua illarum incederet, intelli-
 ge hominis ignorantiam ignorantis viam, qua
 saluandus sit, nisi præueniente diuina rectaque
 doctrina, quæ per medij itineris vocem significa-
 tur, hæc enim vox prædicationis esse intelli-
 gitur, quæ recto tramite ducit fideles, cæterum
 per voces collaterales, fallaces & apparentes
 persuasiones Speudoprophetarum, Hæretico-
 rum, Infidelium, hi enim autoritatibus sacræ
 paginæ sinistrè interpretatis indirecteque intel-
 lectis innitentes, contendunt sua dogmata recta
 veraque esse, cum alias sint detestanda in perni-
 ciam sui & suorum asseclarum, cæterum per spe-
 luncæ angustiam, intellige viam salutis æternæ,
 est enim angusta ærumnisque plena. Sub perso-
 na Arturis custodientis nauigium fluuij subter-
 ranei, intellige antistitem sacerdotemue,
 qui virtute suæ sanctæ concionis &
 recte suasionis hominem
 ad incolumitatem
 ducit.

L Y R A E

LYRAE HEROYCAE

LIBER QVARTVS.

A Vrorā interea veniente, vmbraſq; fugante,
 Ex humēre polo, magus, atq; Albanus heros.
 Surrexere ſuo gemmato quiſq; cubili.

At non oblitus fratrum, comitamq; ſuorum.
 Sollicituſq; ſuam præclaram crefcere ſyluis
 Germanam, valuebat enim nam hæc omnia ſemper
 Mente ſua, tunc ſic Atalantum farier inſit
 Rinaldoſ, quoniam merui tua limina gratis
 Hoſpitio tanto, tantiſq; accedere donis
 Omnia ſicq; ſecunda nimis ſint, deprecor hoſtes
 Charē mihi, infelix etenim reputarer vbiq;
 Si ſine fratre meo ſocij, charaq; ſorore
 Ex his exirem latebris, notis & amicis
 Deſertis, ſat enim nobis eſt temporis actum
 Hic ducendo horas, ſero eſt vt iuſſa tyranni
 Proſequar ipſe mei, qui veſtigare potentem
 Anglanti dominum reliquos iuſſitq; Quirites
 Te penes abſentes, quorum tua ad atria cauſa
 Venimus, at ſi non hos vis mecum ire, ſororem.
 Et ſaltem fratrem, & fidus mihi redde ſodales.
 Vltro pollicitus, fiat tua libera ſemper
 Dextra mihi, tuus atq; animus generoſus vt ante.

Non quod ego tanto hospitio, quo haud amplius unquam
 Non fuerim, iuuento Astolpho, notisq; patitis
 Aut nunc non etiam potiar, veruntamen æquum est
 Fortunæ patiæ quamuis horrenda pericla,
 Omnium studio mandata facefferere regis
 Vestigare meum Rolandum, unaq; sororem.
 Haud equidem dubito, qui ingens ille Pepinæ
 Filius, à Turcis, nunc irritetur & Afris,
 Qui irruere instabunt, nobis absentibus illum.
 Præterea atq; etiam insidijs Galaonis iniqui,
 Fraudibus atq; eius timeo, ne forsitan hostes
 Promoueat tacitus, regni penetraliaq; una
 Tradat eis, subito transactis Alpibus altis.
 Scis etenim quantis odijs nos, atq; tyrannum
 Ignarum tam prauis animi, insectetur ab annis
 Ille suis teneris, Mongranæ inimicus acerbus.
 Quare occurrendum tot damnis atq; periculis
 Nostri regis opus fuerit nunc proximis eius
 Iussa sequi. Dicta hæc Atalantus reddidit ore,
 Legist' ea illum ad voces stimulante salubres,
 Clave heros nostri charissime frater alumni
 Quæ tua sunt plus curo animo quam rere tuarum
 Non sum oblitus enim rerum, Rex Carolus, & una
 Rolandus, nunc Leucoteæ sunt milite multo
 Obsessi tibi præterea Galaonis iniqui
 Fraude reo, occulta de prodicione tyrannus

Filius Pepi
 nae i. Carlo
 magnus.

Narratio
 Atlantis
 qua decla
 rat' insidio
 pericula
 quæ emen
 t' Carlo & vr
 bi Luteciæ
 obesse.

Carlus,

Carlus, se claris manifestat nutibus hostem.
 Quæ tibi cum primum appuleras ad limina nostra
 Commemorare equidem volui sed omittere tempus
 In præsens volui, ne fesso forte molestus
 Hospes ego fierem, tum etiam Milionius heros
 Celtarum ad fines eois accedere ab oris
 Nondum vellet enim, ne accederet ille, priusquam
 Lanz irotus aqua in media appareret opaci
 Mertini fontis, quem certum reddidit vna
 Urbem Leucoteam magna obsidione teneri,
 Excidiumq; simul ciues cum rege subire.
 Ni forte instasset valida succurrere dextra.
 Talibus auditis, quamuis Galafronide bella
 Amissa, Nomadum fortis quam vexit ab oris
 Per medios hostes obsessum intrauit in urbem
 Tempestiuus vbi se bello protinus aptat
 Cum validis socijs, quos secum victor ab Indis
 Duxerat, interea atque ideote conuenit istis
 Nunc remorari oris, donec Milionius heros
 Angelica atq; etiam (penitus iam ex vrbe repulsis
 Hostibus) ignari huc accedant, quisq; seorsum.
 His vbi deletis, nec prorsus, deniq; lucis,
 (Namq; hæc ima quibus nunc stamus secula multa
 Atria perstabunt) subito gens libera cuncta
 Exhibit quodq; ipse cupis rex Rugier vna
 Et coniuæ, tandem quos transparentibus aulis

Animū Ri-
 naldi eri-
 git in spem
 meliorem,

Vidisti

Vidisti socios vobis spectacula cara,
 Sed quantæ heroes inter Galafronide visa
 Incipiant fieri lites, quantiq; tumultus,
 Quoq; modo varias multi spargantur in oras
 propter eam, satis inspicies si non minus ipsam
 Ardebis, potatis quæ vndis fontis amoris
 Ipsa tui rursus fugiens flagrabit amore,
 Nequaquam atq; i leo vobis discrimina deerunt
 Quoq; volente sibi Angelicam, quid plurima tandem
 Fando moror? vestra hæc discordia rursus in hoste
 Ausus augebit, circumdare mania sacræ
 Leuchoteca, & quia eris tanto certamine præsens
 Quando maior erit conflictus prava tyranni
 Ira refrigescet, quanquam dolus eius iniqui
 Consultoris adhuc non desit donec ad oras
 Trapezuntinas, vt dixi, effugeris exul,
 Sed quando hinc Carlum, charasq; reuiseris oras.
 Infandum quamuis, inimicum occidere noli,
 Aut insectari Galaonem, prorsus aperto
 Ipse odio, sed rejce dolos constanter in illum
 Insidiasq; suas expone ante ora Quiritum.
 Sic etenim falso obiectum tibi crimen ab illo
 Conuertes in eum; populo patefiet & eius
 Nequitia, atq; dolus, sed non rex protinus illum
 Propterea eyciet, sua nec commercia praua,
 Nec mala consilia omnino euitauerit vltro.

At potius sibi grata viri sententia nequam
 Sape erit, extremo donec certamine perdat
 Seq̄ suosq̄ simul: manet irreuocabilis iste
 Exitus, hæc mea dicta animo seruare memento,
 Et nulli edideris, sed caute arcana teneto.
 At quoniam audita nunc obsidione tuorum,
 Magunti dominiq̄ dolis combureris ausis
 Leucotbeam validis accedere, non tamen aptum
 Tempus adesse tibi video, sed ludere montes
 Te iuuat ultra istos, vbi littora plana videntur
 Hinc Rhodano, hinc Hypani, late stuit antibus vndis.
 Hac fatuus verbis ardentem talibus ira
 Atq; odio aduersus Galaonem è vallibus illis
 Rinaldum eduxit, cui ad calcem montis opaci
 Ostendens aditum, obscurum telluris hiatus,
 Hac, ait, ingredi intrepidus, queis faucibus vltro
 A te transactis, cernes viridantia multa
 Littora, vbi fratrem inuenies, charosq̄ sodales,
 Baratrumq̄, alios & equos, soluente pudica
 Logistea illos & te sperare monente.
 At sine Rugiero soror hinc tua abire ne quinit
 In sua membra quibus vivebat forte reuersa,
 Interea hinc abiens metas aduerte viarum.
 Ne forte has iterum rediens aliquando per oras
 Perditus ignotusq̄, magis regionibus erres.
 Sunt vbi diuersa, & multa, atq; horrentia monstra

Magūti de
 noui. i. Ga
 laonis.

Magis, aut
 magicis.

Atq;

Virgana ma-
gica que in
varias for-
mas trans-
mutabat
homines.

Atq; vbi praeualidos Virgana inuisa gigantes
Custodes habet, vnde viros, bellasq; puellas,
Quaę die rapiunt, quos partum tristis Erietho
Includit cæcis tenebris, partimq; nitente
Si sibi grata viri forma est, deponit in aula,
Partim in monstra ferox diuersaq; corpora vertit.
Queis licet ipse animo, nec non virtute, risistas
Balthea sis nostra accinctus, tibi que soror umbra
Sub viridante sua ostendit, queis carmina nulla
Nec maga spectra vquam possint te ledere quicquam.
Sunt tamen illa sua valida atq; immania monstra
Natura, magnum que Alcidem vincere possent
Viribus, hinc ergo proficiscens haud procul oris
Ex his absueris, multisue morere diebus
Hac cito sed redeas, sunt nempe hæc inter acerba,
Deliciae multæ que te irretire valebunt,
Donec Rolandus quarens Galafronida adistas
Auius appulerit bella cum virgine sylvas.
Cuius ab aspectu propter quam gestat in ore
Exiguam spiram, superis labentibus aulis
Effugient omnes, sua quisq; intenta secutus
Vis Atalantus ait, quando gratatus eidem
Pro hospitio accepto, pro libertate suorum
Promissa, prospectum antrum sub calmine montis
Intrat Rinaldus, cum forti pectore & ausis
Pollicitis Atalanti hilaris, charosq; sodales

Galafroni-
da. i. Ange-
licam.

Visen-

Visendi, fratremq; vna spe letus abibat
 Per medium obscura tacite lateq; cauerna
 Tamq; diu progressus iter sub monte profundo
 Spelunca vasto spacio, tria lumina longe
 Magna videt, triplici multum distantia calle.
 Quacumq; apparet lumen, vox insonat vna
 Talia dicta sonans, ni hac, vir, proficisceris, erras.
 Hoc dextra, hoc recta auditur, hoc parte sinistra,
 Ast incertus iter nescit discrimine tanto
 Eligere Ammonis natus, medysq; tenebris
 Astitit, & ternas lucas circumspicit heros.
 Vox vnde illa venit discors & funditus anceps.
 Qui si adit ad dextram, de laeva auditur, aberras.
 Si ad leuam à dextra si ad rectam tendit, vtraq;
 Parte auditur idem, sua tunc crucis ora sigillo
 Rinaldus signans, Triados persepe vocato
 Nomine summo, audax directæ lucis ad ortum
 Aptat iter, quamuis vtrinq; hac voce minante
 Semper ei, vltterius qui dum mage tramite recto
 Intrat in angustum premitur, ne iam amplius vllum
 Lumen habet, saxo sed magno offenditur, vltra
 Nec transire valet potius vestigia retro
 Vertere iam vellet, pro dextra, siue sinistra.
 Sed nusquam iam apparebant quæ lumina prima
 Visa fuere illi, verum dianulla patebat
 Exitui, tot erant latebra, an fractusq; per antrum.

Descriptio
 spelunæ
 quâ Rinal-
 dus ingre-
 ditur.

Tunc

Tunc Ammonesatns deceptum se esse putantem
 Voce inter media, ne quicquam incusat & ire
 Vlteriùs nequens, peius putat esse redire,
 Degenerisq; animi, dum talia mente reuoluit
 Dum saxo immaniq; haeret, sensimq; per ipsum
 Labitur, ecce sinus patet ingens, & prior vna
 Lux redit, atq; amnem subter tellure fluentem
 Spectat, vbi stabat senio confectus & annis
 Vir, qui dulcis sonas somnum carpebat ad vndas,
 Quem penes vnica erat vacuae & sine remige nauis.
 Tunc Ammonides hilaris iam lumine viso
 Se reperisse viam, accedens excitat ab alto
 Somno illum, taliq; hac vna voce salutat.

O quicumq; iaces ad clari gurgitis vndas
 Salue antique pater: seu sis hoc incola riuo
 Portitor hac hominum venientum, siue viator
 Sis quoq; sicut ego, qui hac dormis ad vada fessus
 Hunc metuens transire amnem, seu forsitan alter
 Sis homo, Circ. eis qui prauis cantibus antro
 Nunc retineris in hoc, siue vnus deniq; diuùm
 Dic, ait, ipse rogo, si scis, quas ducit ad oras
 Hoc iter? in medio elegi quod forte duorum.
 Que quoq; si sentis antri tria lumina monstrant
 Que vidi, totidem audius qua deniq; voces
 Inter se aduersae? quamuis sonor vnus hic esset,
 Hac iter esse tibi poterit, sed secius erras,

*Ad quem conuertens oculos, vix tardus apertos
 Ex somno, tremulo ille senex hæc reddidit ore.
 Admiror mortalem hominem potuisse per istas
 Incolumem transire vias, latebrasq; profundas,
 Aut tu infernorum quisquam fortasse deorum
 Visere vis loca opaca ista atq; hæc ima magorum
 Atria, me tentans, aut est Merlinus ab alta
 Erectus Thymba reboante, haud credere possem
 Humanum quenquam penetrasse incognita ad ista
 Tecta, nisi ille Magus qui habitauit monte Careno
 Forte foret, namq; hic lucos qua hæc itur ad antra
 Possidet, vnde quidem nemo hac accedere visus.
 Et si heros fuerit præforti pectore & audax.
 Præter alumnus vnus qui Atalanto charus & armis
 Inclytus hoc potuit tranare ad flumen amictus
 Balthea fulua auro quorum virtute nequisset
 Arte nocere sua Circe si viuere ipsa.
 At non transiuit magnum citra ille periculum
 Hac qua nunc tendis, nam si pro parte sinistra
 Aut declinasses dextra, qua te illa vocabat
 Vox fallax, monstris laceratus, crede, fuisses
 Horrendis, aut Alina fluuio ipse sinistro
 Tristibus à septem deherere sororibus illis.
 Submergendus aquis, vbi vix tua dextra tueri
 Te posset, sed & hæc Atalanti ex arce regresso
 Sedibus aut Erebi; ex imis tibi talia dico*

Senex hic
 annis sub-
 terranei cu-
 stos, vt post
 patebit, rex
 est Artur Bri-
 tanniz qui
 Merlini in-
 caratione
 ibi retine-
 batur.

Zona hæc
 quæ soror
 exhibit
 Rinaldo eu-
 lus virtute
 Rinaldus
 incolumis
 pericula
 adire pote-
 rat.

Allica ma-
 ga soror: Vt
 ganæ.

Praesenti fueris vita, his defunctus & auris,
 Aut Deus inferni, nam te crystallina tecta
 Horrendis lucis superatis ante profundis
 Præterisse virum, vnaq; accessisse coruscis
 Hac inductum armis, superum sine numine summo
 Hoc, nulla ipse fide potuissem credere mirum
 Præter enim immanes septem superare gigantas
 Deberes, tetros qui seruant vndiq; lucos
 Quorum quisq; sat est similes tibi vincere centum
 Quantumcunq; ferox animo sis magnus & armis.
 Est quoq; terribilis custos draco in arce profunda
 Clausus ibi, quandoq; locos qui lustrat opacos.
 Non tantum nemorum illorum sed fluminis huius
 Spelunca, neq; deinde vltra hæc abscondita regna
 Planicie viridi deerunt tibi multa pericla.
 Sed iam limen habes, & portus ecce secundos.
 Hoc ingressus iter medium, qua te ire licebat,
 Lux etenim redit illa prior dux certa viarum,
 Namq; alie gemine, quas apparere videbas
 Principio, luces, tenebras chaos atq; tulissent.
 Crede, tibi, dum plus ad eas accedere velles.
 At quia me rogitas, quis sim? quid solus in isto
 Amne morer? monstrabo tibi, tu deinde docebis
 Et patriam & nomen causas iterisq; profundi.
 Ille ego sum si vnquam nomen peruenit ad aures
 Pandragone satus rex Artur magnus in oris

Artur qui
 filiu intere
 mit est reg-
 no & vxore
 eius turpi-
 ter potire-
 cur

Anglicis qui tot reges vbi multaꝝ vici
Agmina Romana, in patriam iam sponte reuerso
Obuius ecce mihi occurrit de Marte cruento
Filius ille meus scelere ante immanior omnes
Rex Moderechus atrox hostis, & proditor ingens.
Quem sic me aduersus cum multa gente ruentem
Omni inuestigans acie saeva excitus ira
Per medium corpus transfixi immaniter hasta
Lethali, ille autem postquam se vulnere casum
Senferat, elato gladio me culmine summo
Percussit capitis, media stetit impiger ala
Merlinus, fidi informam conuersus amici
Insignis nostri Galuani, meꝝ repente
Proripuit violentus equo & mentitus ocellos
Nostrorum qui me spectabant Marte virorum
Hactenus adduxit loca ad haec tellure sub ima
Vt me forte vides, magicis vbi cantibus amne
Portitor hoc sisto, donec mea fata quiescant.
Hinc exire, meas iterum & regnare per oras
Spero diu, neq; adhuc me mors aut possidet Orcus.
Hec fortuna mea est quem audis sum maximus Artur.
Ast iter hoc audire tuum & tua fata libenter
Vellem equidem, Al sine at vestigia sentio diræ
Qua me saepe loco hoc si posset tetra moueret,
Ad sua & afferret teterrima fluminis eius
Nauigia, at nequit hinc me auertere nempe sorore

Logistea illam prohibente, proculq; fugante,
 Sed non idcirco omnino desisto timere,
 Multa etenim mihi probra facit, mihi plura minatur.
 Hoc iter ergo tuum peragas, ego portitor ultra
 Has te vudas ducam, redeuntem vnaq; reducam,
 Interea has epulare dapes sunt victima casa
 Manibus, infernisq; dijs, suppositaq; fartim
 Speluncæ ante huius fauces antistite magno
 Vrgana, nec non egentum littoris huius.
 Quis vocat ille Erebum, septem pariterq; sorores.
 Intrepide & vino hoc oblato infunde palatum,
 Heroem, hæc fatus, resouet fronti q; liquorem
 Ambrosiæ inuergit, fessumq; in naue recepit;
 Addens remigiumq; nouum qua tendere posset
 Rinaldum docet ille vias, cum exiuerit antro
 Nil iam errare intus poterat, prope namq; erat eius
 Exitus, vnde prior lux ecce effulget eumq;

Descripsit
 Grati pulchre
 mim

Deducit, spelunca ergo Rinaldus ab atra
 Egressus, passim viridantia littora dumis,
 Arboribusq; ornata nouis videt, atq; fluentis
 Irrigua, assidua damæ, ceruiq; fugaces
 Errabant, nullo & custode armenta per herbas
 Luxuriæ terræ, multoq; humore comantes.

At Ammone fatus circum loca versat ocellos
 Omnia, si fratrem & socios fors cernere posset.
 Et tandem latebris & vallibus vndiq; multis

Lustra-

Lustratis, inuenit eos, vnaq; ferocem
 Baiartum, nec fræna quidem, nec lora ferentem,
 Nusquam Rinaldo viso, vestigia cuius
 Agnoscens, prior excelsi de vertice montis
 (Vnde sui tres custodes speculantur in oras
 Diuersas, Ammone satum si forte viderent)
 Alcharum concessit herum nequeunte Richarto
 Et socijs, cohiber e illum, haud credentibus esse
 Tam prope Rinaldum, qui viso se obuius offert
 Quadrupedi, placida exultans atq; ora prebendit
 Ast Ammonia des alter Philomene usq;
 Et Tinganor, equos cogunt post terga sequentes
 Baiartum, & noscunt Rinaldum atq; emine alta
 Voce sonant hilares heros, Albanus heros
 Nec minus inq; vicem visis exultat amicis
 Ille suis primum & fratrem dein atq; sodales
 Sepius amplexus, Baiartum ascendit ouantem
 Qui cursu celeres auras superare parabat
 Qua, rogat atq; illos, huc accessistis amici
 Per loca ego venio tenebrosa & plena malorum
 Vnde immane citra nequissimè exire periculum
 Aureani forsan succinctus balthea, rectum
 Elegissem iter, in spelunca namq; profunda
 Apparet via longa triplex distincta corusco
 Lumine queq; suo, quarum que à tramite recto
 Deniat incidere in scyllam, diramue Carybdim.

i. Richardus.

Rinaldus admiratus & maxima lætitia peritus inuentis fratre & amicis beneuole eos alloquitur.

Aut maiora hominem coget transire pericla,
 Queis, quod credo equidem, nunquam subistis, ut ille
 Subterrani amnis custos & portitor Artur
 Qua mihi multa inter non hoc memorauerat vnum
 At cum hac sit nobis reditus, Bradagmanta sororem
 Eripere & charos socios, ibi quaeq; ego vidi
 Ociano scetis, sed nunc mihi dicite vestrum
 Quo venistis iter, si aliam sat miror ad istas
 Esse viam syluis, quam praeter nuper opacam
 Praterij, nunquam si Atalantus noster amicus
 (Quamuis ille moram hanc quam me sperando virente
 Littore in hoc facitis nobis praediceret ante)
 Talem forte viam, qua tuto exire valerem
 Hunc vltroq; venire locum, mihi retulit inter
 Affandum cupido? inuenis tunc ipse Richardus
 Pro se, & pro socijs respondit talia fratri.
 Magnanime o frater nobis charissime, nullum
 Praeter iter praesens, quo nos, & stamus, & imus,
 Nouimus ante aliud, certe crystallina ab illa
 Arce, Atalantus vbi subito disparuit inter
 Heroas magros, subito bis sum proditus oris.
 In quibus inueni socios, nostrosq; fideles
 Quadrupedes, tam foelicem quis credere posset
 Euentum? vel si ipse magus mihi diceret ante
 His nostris socijs, timui quos esse peremptos,
 Carcere conclusis? & equis fugientibus amplum

Per nemus, amissis? Eademq; sodalibus una
 Neminus acciderant, mirantur seq; repertos.
 Ex tenebroso etenim quo stabant carcere vinciti.
 Huc etiam ignari venerunt carmine ducti
 Logistæ ambo, cuius, te his vallibus imis
 Speramus monitis, namq; hac te præscia dixit
 Venturum, chara verum vivente sorore
 Horrendis sylvis, frustra regionibus imis
 His modo aberramus quam nunc iam visere præstet
 Rursus, & ambire hinc donec iam fugerit ultro
 Libera ab insidijs Atalanti & cantibus eius.
 Talia dum memorat non longe à litore magnus
 Armorum auditur strepitus, subitusq; tumultus
 Fœmineæ atq; etiam voces, duo forte gigantes
 Immanes, instar vastæ sua corpora turris.
 Septem in vincla viris positis, tribus atq; puellis
 Quatuor insignes alios vincire parabant
 Ambo viros, quorum gemini super ora ruebant
 Semianimes, alij subito velocius auris
 Cedebant retro, fugerent dum hostilia tela.
 Iam clavis etenim Athletæ post terga relictis,
 Solis, certabant illos comprehendere, dextris,
 Illos vibrantes gladios fulgentiaq; æra
 Indutos, tandem veluti grege quando reperto
 Nocte sub obscura prædam rapuere voraces
 Ore lupi, sic atq; etiam miseranda virorum

sodalibus
 supple reli-
 quis duo-
 bus. i. Phi-
 lomeneo
 & Tingane-
 ri

chara soror
 re. i. Bradæ
 ante

Collatio
 lupis

Corpora diripiunt, vinculis adiguntq; gigantes
 Non adeò potuere tamen cito vincula captis
 Inserere, Albani dominus quin montis, & acer
 Tinganor, strictis præacutis ensibus ante
 Accelerent, Philomeneoq; & fratre Richarto
 Certatim retro post terga sequentibus illos.
 Ast accedentes disturbant prorsus orantes
 Direpta præda iuuenes tellure creatos.
 Montis at Albani dominus stetit ense leuato
 Athletas contra, mitiſq; ait, ista precamur
 Soluite vincula viri, finite hanc in pace iuuentam
 Hinc iter ire suum, cum istis, quæ tanta, puellis
 Sic lamenta leuant, tantis implentq; querelis
 Hæc deserta loca, audentem tum talia fari
 Subridens non sustinuit magis vnus eorum,
 Qui ratus, vt reliquis alijs facere ante solet at,
 Rinaldum contra extendit sua brachia tamq;
 Comprensurus eum, simulatq; ait, alter amator
 Ecce puellarum ternis stipatus adheret
 Furibus infelix, pœnas nunc morte daturus.
 Parcere enim captis satis est, vix talia fatus.
 Maturauit eum capere, inter brachiaq; vna
 Frangere, vt accipiter quando celer vnguibus uncis
 Venatum exiguos pullos delabitur auris.
 At Rinaldus, vti magni Iouis armiger inter
 Pugnandum, quando serpentem aduersus acerbum,
Nunc

Pulchra ab
 accipitre
 collatio.

Collatio ab
 aquila.

Nunc hac, nunc illac, nunc sursum, nuncq; deorsum,
 Aëra cum pennis scindens, petit undiq; monstrum
 Vnguibus & rostro, Baiarto haud secius alto
 Ambijt immanem, densis atq; iētibus, hostem,
 In collumq; humerosq; ferit, munita, draconis
 Quæ cute prædura, plagarum immunia membra
 Extiteraut, sed non ideo sentire molestos
 Terribilesq; gigas Fisberti desinit iētus.
 Quin diris furijs nec non agitatus & ira
 Auratam clauari circumtextamq; metalli
 Fortis acuminibus radiantibus, illico cincto
 Extulit à dorso manibus versatq; duabus
 Rinaldum contra bellumq; accenditur atrox
 Inter eos, tremere & tellus concussa videtur,
 Nec minus atq; gigas alter, Tinganor & vna
 Contendunt armis, hostisq; immanis ab alto
 Quadrupede heroem Libycum prostermit, vt ante
 Perconatus erat, Philomeneus sed in illum
 Eminus eiecit præcut.e cuspide hastam.
 Illa volans dextra vt fuerat iactata potente
 Incaput & thoracaruens leuat ære sonoro
 Ardentes ignes inflammat & aëra circum,
 Tanto Athleta iētū attonitus, sensuq; labascens
 Interram rueret, Tinganore iamq; relicto,
 Ni in se magnanīne subito fortasse reuertens
 Mox ex vaginis fulgentem educeret ensem.

Fisbertum
 enū Rinal
 di.

Bellū Rinal
 d. cū gīgā
 ribus custo
 d. bus luci
 Vrganz.

Tinganorē

Quem Philomenæum contra Tinganorâq; vna
Surgentem vibrans, dirum certamen inicitur.

Minor Am
monis na-
tus. i. Ri-
chartus fra-
ter Rinaldi

At minor Ammonis natus, quod cerneret ictus
Fratris, & immanis Pagani, intentus & ardens
Astabat, sat agebat enim, vehementer & hostem
Percutere optabant vinceti, vincetæq; puella,
Fletibus orabantq; illum, simul atq; monebant,
Haud mora, venturos alios immaniter hostes
Qui lacerent omnes, anibusq; cadavera linguant.
Ast animaduertens fratri se longa citurum
Tedia, si aduersus cum quo contenderet hostem
Irrueret, tanti euentum differre duelli,
Plus voluit, fratri metuens non attamen instans
Perdiderat circum bellantes territus ire,
Territus immanes ictus, ne cederet ulli,
At scuti Rinaldi hostis præferuidus orbem
Auratam, clauæq; alio ictu argentea colli
Tegmina deiecit miratus in hoste vigores.
Rinaldus reliquo se totum vmbone tuetur,
Athleta atq; humeros, validam dextramq; potens
Ictu aperit Fisberti heros, tum littora letis
Vocibus in vinculis positas implere puellas
Captiuosq; viros, tanti certaminis horæ
Iam tres transierant, quibus est victoria semper
Auceps, prolixæq; moræ concitus in iram
Clauam Athleta manu gemina lenat, atq; ruentis

Æra-

Æratum thoraca intextumq; ære trilici
 Concutit, & dorso saltu ferit, ille recusans
 Sistere vixq; valens, in equi se sustinet armo.
 Ocyus vnde ferox se concitus eleuat heros.
 Fisbertoq; suo valide sic vulnere inermem
 Percussit lethali humerum, quod ad atera magno
 Sermone elato exanimis iam prorsus arena
 Athleta obrueret, tanta tremuisse ruina
 Terra videbatur, iuuenes mox atq; puella
 Captiui vinctas tollunt ad sydera palmas,
 Letitia atq; hilari victorem voce salutant.
 Ast Athlet. i alter, viso moriente sodali
 Obstupidus, vastis littus clamoribus implet.
 Præ rabie & tali Tinganora percutit ictu
 Vicinum, supra cap. & vt diuiserit æquas
 In partes vsq; ad mentum, miserabile dictu,
 Armorum ad sonitus clamores atq; ruentum
 Festinare vident alios non mole minores
 Tres equites iuuenes, armis, hastisq; superbos
 Quos Ammone sati contra, occurrere priores.
 Athleta & Philomeneo pugnantis acri
 In congressu ipso furari corpora vastis
 Athletarum hastis, solis inuadere certe
 Cum gladijs poterant, tentabant eminus, ictus
 Non a leo potuere tamen vitare gigantum
 Quin iam Rinaldum de quadrupedante mouerent.

Tinganoræ
 Rinaldi so-
 cium: inter-
 citur.

At

At non Albani montis fortissimus heros
 Exciderat, magnum sed sic ferit obuius hostem
 Tranverso capite, ad dextram lethaliter aurem
 Fisberto, vt scissa galea septemplexis æris
 Tellurem exanimis subita atq; ingente ruina
 Complexus manibus fuerit, sed terga Richartus
 Etsi à congressu vnius dimouerit hastæ,
 Attamen alterius validum non fugerat ictum.
 Quem nempe ille hostem non cauit, funditus eius
 Hastili cecidit, visa tum morte sodalis
 Athletæ seuæ, subitoterrone coacti
 In Rinaldum vnum victorem fratre relicto
 Ambo ruunt, validis gladiatorumq; ictibus illum
 Sic feriere, bonus quod ni super æeraretro
 Exilisset equus dominus mortalia sæcla
 Linqueret, è tantis sed non conflictibus heros
 Omnino euasit, si supra corruit armos
 Baiarti, ignarusq; sui, ignarusq; suorum
 Semianimis, mora nullatamen tunc protinus eius
 Frater vectus equo gladio discurrit in illos,
 Atq; Viri in fratrem properantis vulnus vtraq;
 Ferre manu, supra galeam dat comminus ictum,
 Ambarum manuum contra cum robore toto,
 Autori tanti gladij, quo forte coactus
 Inclinare caput fuerat, conuertit ocellos
 Paganus, contraq; Richartum dirigit ictum

Tanti gladij
 i. t. i. ictus
 à gladio fa-
 cti.

Fortem, ira accensus, vacuum ferit aera frustra
 Vibratus gladius, cedente in terga Richarto.
 Hostis at impulsu facto cum corpore toto
 Atq; utraq; manu vasto cadit a quore campi
 Quadrupedisq; sui rostro, & thorace reciso.
 Haud mora se Rinaldus equo velut excitus alto
 A somno erexit, se contra aliumq; ruentem
 Paganum, tali violauit vulnere versus
 Inferius inguli, galeæ quod nexibus arctis
 Abscisus, collum prorsus diuiserit omne,
 De terra interea, nondum mora, Athleta superbus
 Surgit equo in campis ob vulnus forte relicto,
 Atq; in Rinaldum sociorum cade superbum,
 Dentibus infrendens, adeò violenter acerbum
 Crispauit gladium, quod ni maga balthea cinctus
 Effet, & obijceret clypeum, Rinaldus arena
 Corrueret mediis, prorsus crus scissus utrumq;.
 Omnem etenim partem clypei conflatis ære
 Et solido argento, lento quoq; glutine tauri
 Quam tetigit, simul & Rinaldi funditus ochream
 In terram eiecit, læuum percussit & armum
 Baiarti, celer ille comas erectus in altum
 Vertitur, atq; humeros Athletæ calcibus acre
 Concutit, effractis frænis, atq; ora momordit,
 Loricato auidi vindictæ à vulnere collo
 At paganus humi caput inclinare reflexum

Cogitur

Cogitur impulsu tanto, & conatur acuta
 Cuspide, pectus equi transfigere viscus ad altum,
 Tum Rinaldus equum cobibens dare terga seorsum
 Compulit, incassumq; Athleta concidit ictus
 Cuspidis, Albani dominus par esset ut hosti
 In pugna, ne & maiori certaret in illum
 Præsilio, mox ex Baiarto audenter anhele
 Profilit, ex ictu stupidus crus omne sinistrum.
 Non tamen hoc ideo iusso discedere fratre
 Inferior ruit ille animo, contra hostis acerbi
 Obuia tela sui, cum quo crudele duellum
 Dum committit adhuc, Philomeneus cadit ictu
 Saucius alterius pagani, iamq; volentis
 Moxiugulare illum religatis nexibus eius
 Cassidis, Albani herois tum frater in hostem
 Fulgenti velox gladij mucrone cucurrit,
 Et ferit ora viri, nuda à ferrugine clara.

Gigas siue
 Achileta de
 filiante è
 capite san-
 guine cæ-
 cus putans
 Rinaldū in
 terficere in-
 terficet so-
 cium.

Obcæcatus atrox Athleta à sanguine fuso.
 Nunc hac, nunc illac vastis clamoribus, ensem
 Euibrat, ignarus partis qualittoris amens
 Debacchabatur, tandem ad lethale duellum
 Athleta, & Rinaldii etiam, qui ingente tumultu
 Aetera replebant, venit properanter, & hostem
 Se tenuisse ratus, tanto ferit efferus ictu
 Vicinum socium, scapulas super, vsq; profundam
 Membranam ut vulnus penetrarit, tuisse cruorem

Paganus

Paganus iactans dat campo, horrente ruinam
 Cum strepitu, extremam, nouit feruisse sodalem
 Ipse Athleta suum, magnosq; ex pectore que sius
 Edit, se & contra ferrum conuertere uellet,
 Ni Rinaldus eum cohiberet, cade gigantis
 Improvisi etiam, mastus quem vincere posset
 Incolumemq; sacra legi conuertere Christi,
 Spe tamen amissa talis tantaq; salutis,
 (Hostis enim immotus prorsus sua membra iacebat)
 Talibus ipse alium uiuum cadisq; sodalis
 Paganum obstupidum loquitur sermonibus, & si
 Voce puellarum, comitum pariterq; suorum
 Cedibus his hilarum, vix sermo forte loquentis
 Audiri posset. V. s. lo, inquit, corpore, maior
 Viribus atque animo, fere vir, maioribus vltro
 Viribus hic cedas, ne pugnes numina contra,
 Verus enim celo Deus est, qui iudicat iras
 Iniustas, punit preedones, conscius olim
 Tantorum scelerum, presentibus, indeq; poenis
 Deniq; perpetuis, quibus eripiere fidelem
 Si Christi legem preceptaq; vera sequaris
 Atq; exempla eius, sprete fallacibus illis
 Que colis, idolis, si sunt simulacra virorum
 Prauorum, quorum manes inferna Sathanis
 Nigraq; tecta colunt ipsum cum corde secuti.
 Nunc tibi preestet, aquis sacri baptismatis vltro

Oratio per
 scutoria Ri
 naldi qua
 infidelē ali
 licet ad cō-
 uersionem
 fidei uerq;

Diffun-

Diffundi, diuûm sensent tua membra liquorem.
 Sic, scelere ipse tuo mox, crede, lauberis omni.
 Hac dum Rinaldus placido vix ore profatur
 Intento Athleta, dum surgit saucius vna
 Et Philomeneus de ima tellure Richarti
 Fortis ope, en vnaus, qui euasit vincla, virorum,
 Vinctorum, insignis galea, & fulgentibus armis,
 Aduenit, elata voce & sic farier infit.
 Magnanime ô heros cunctis fortissime nostro
 Quos vidi, audiui de æuo siue acer in armis
 Rolandus fueris, ser. sis Albanus heros,
 Siue Palatinum quisquam, quo nempe salutis.
 Spes fita nostra manet, post summi autoris Olympi
 Præsidium primum, cui nos, & cuncta creata,
 Subjicimur, vitam cui debent omnia visa,
 Et non visa simul, cernis iam instanter opacum
 Sole abeunte nemus fieri, atq; horrentibus vmbribus
 Impleri montes, dum summo à mane potenter
 Atq; indefesse certas, noctemq; loquendo
 Vis transire omnem, quare tibi & hisq; duobus
 Præstiterit socijs nobiscum accumbere tectis
 Hoc quæ sub scopulo latitant, Vrgana priusquam
 Huius telluris regina, ingente caterua
 Accedat, cuius metuant maga carmina cunctæ.
 Quantumcunq; procul distent cum regibus vrbes.
 Ergo viris tantis cum illustribus, atq; puellis,

Has decet ire casas humiles, vbi nostra vicissim
 Discemus genera, & qua istis nos appulit oris
 Fortunam leuam, dicenti talia cuncti
 Vnanimis parent, Tinganoris atq; cadauer
 Cum multis lachrymis sumentes, atq; puellas
 Deuinctosq; viros soluentes, pace tabernas
 Ocyus accedunt humiles, sub mole suprema
 Montium, vbi gemini, stabat, & pastor, & vxor,
 Qui nitida arma virum, teneras etiamq; puellas
 Mirati, nocte obscura, atq; horrentibus agris
 Errare, vltro illos humiliq; & paupere tecto
 Admittunt epulis agrestibus, atq; salitis
 Aprorum pernis, multa pinguiq; ferina,
 Lucorum, ante tamen cœnam medicantur amici
 Vulneribus Philomenæi tristantis, agresti
 Pastorum vino, & resina vrente propinquæ
 Abietis, & solis circumnascentibus antro
 Depascunt flagris, & aqua de rupe fluente,
 Pagani at vulnus frontis quod sanguine multo
 Lumina cœcabat lauerunt, labraq; fibris
 Strinxerunt, deinglutineam imposuere medelam.
 Quamuis non adeo Athletæ caua plaga fuisset,
 Deim omnes crassa implentur, veteriq; ferina
 Et vino vuarum inculta de vite coloni
 Quas collegere & replerunt doliamusta.

Alias resi-
 naq; vr̄ete,
 aliquierim
 mediâ cor-
 ripiunt.

LYRAE HEROYCAE

LIBER QVINTVS.

ARGVMENTVM LIBRI V.



Organor in rebus fidei instituitur, sa-
 erum baptismum recipit à Rinaldo,
 inter puellas, quæ à gigantum iugo
 ereptæ fuerant, cognoscitur Philena
 regis Phœniciaë filia, quæ suos casus, & ærúnas,
 narrat Rinaldo, & quomodo derelicta fuerit à
 suo sponso Ludorico, in rupe medijs maris: atq;
 inde rapta ab illis gigantibus interfectis. Inte-
 rea Rinaldus, & frater, & Philena, cum suis fatel-
 litibus eunt venatum, Richartus deperit. Phile-
 nam, ipsa autem fugiens luco se abscondit, & ma-
 trem quæ naufragio præcipitata perijt in cerui
 effigiem versam videt, mater eam alloquitur,
 prædicitq; ei nupturá fore Richarto, atq; eius
 progeniem futuram narrat, cadit Philena semina
 nimis, tãdem quæsitã inuenitur à Rinaldo, quã
 tanquam mortuam affert ad Tugurium pasto-
 rum, vbi erat frater, & socij, reuiuiscit Philena.
 Interea Rolãdus, iam Agramante fugato cum
 suo exercitu vsque ad vrbem Arelatem, requi-
 rit Angelicam, quæ ex Parrhisjs discesserat, cu-
 ius

ius annuli præsentia Atalanti lucus arxq; effasci
 nata euanescent, apparentq; syluæ, sicut antea,
 nudæ, omnes qui ibi detinebantur, soluuntur ab
 incantatione, inter quos Bradagmans liberâ ab
 effigie arboris, hasta Argaliæ, atque armis, &
 equo Gridassi gestiens, per syluam graditur, exit
 ei obuiam Gridassus pedes, suaque arma ab ea
 reposcit, Bradagmans hasta Argaliæ effascinata
 Gridassum in terram prosternit, abiturque, quam
 videns Angelica, illo luco forte errabunda, vi-
 rum esse suspicatur, eiusque amore capta, eam
 profecquitur, obiterque in via obuiam exit Gri-
 dasso, qui feroce animo contra Bradagmantem
 properabat, Angelica autem, vt eum à Bradag-
 mante auerteret, se videndam Gridasso offert,
 quam noscens Gridassus mox verbis amatorijs
 interpellâs insectatur. Angelica sui annuli fasci-
 no euanescit ab eius oculis. Tandem sibi reper-
 tam Bradagmantem alloquitur, inde ambæ af-
 sociatæ Arcem Basi; Bellouaci propinquant, &
 iocundissime recipiuntur à Rugiero, Oliuero,
 Danesio, Astolfo, qui soluti ab incantatione Ata-
 lanti in arcem illâ, tanquam in Asilum se receperant.

ALLEGORIA.

Sub persona Rinaldi Morganorem veram reli-
 gionem docetis, intellige, catholicos, de-

nuoque cōuersos, instruendos esse in rebus religionis, cum charitateque tractandos, sub persona Phileas suas fortunas, ærumnasque, enarrantis, intellige impietatem, crudelitatemque, nequaquam impunitam manere, sub pertinacia Rolandi amore venereo prosequentis Angelicam denotatur, quanta cum cæcitate & pertinacia, amans, suas affectiones, & concupiscentias sequatur, per Angelicæ annulum, cuius virtute nemora ac palacia Atalanti euanescere, intellige, virtutem, cuius præsentia mundus suaque oblectamenta, supplantata ruunt, sub persona Bradagmantis à luco incantato euadentis, intellige, animam rationalem, quæ virtute comitata, à peccatis, & vicijs, libera euadit, sub ænigmate armorum, & equi, quæ ex Gridasso obtinuit, intellige animum, qui mundi elenchum & arrogantiam spoliavit, & quo pacto sui ipsius armis eum vicerit, nimirum eius tentatione superata, multo maius meritum maioremque palmam obtineat. Cæterum per Bradagmantem quæ Gridasso in terram prostrato effugit, intellige quod victis, ac superatis mundi illecebris, falacijs, insidijs, blandimentis, & tentationibus, cum fugere in

post-

posterum, eiusque vafriciem cauere, artificiose admodum docemur, quæ omnia beneuolè & candidè legentibus sese longè, lateque, insinuabunt; & sua sponte patebunt.

LYRAE HEROYCAE LIBER QVINTVS.

Rostquam diuersi heroes, nitidæq; puellæ
 Hactenus ignotæ, fouere agrestibus illis
 Indiga membra cibus, positisque nitētibus armis,
 Lorica, & clypeis, placidam capere quietem,
 Aurora intereandctis tenebrosa fugante.
 Tempora ab Oceano, medio surrexit eorum
 Filius Ammonis maior, conuersus & ora
 Ad paganum uuido has diffundit pectore voces.
 Vt pater omnipotens calos, & cuncta creauit,
 Adamumq; etiam, de costa & pectoris Euam
 Vxorē, nostros charos primosq; parentes,
 Deliciarum illos posuit florente uireto,
 Hoc erat, arboribus, factu & spectabile cuncto,
 Sed precepit eis ne vitæ ex arbore malum
 Gustarent, qui decepti sermone dolosi
 Serpentis, summi spreuerunt iussa Tonantis.

A mūdi pri
 mordijs, to
 tius vni
 uersi f. bri
 ca pulchre
 eruditur
 Morg. aor.

In genus humanum, vetitos gustanda sapores
 Arbusti nunquam violabilis, unde parentum
 Infectus talio, infernas descendere sedes
 Umbrarumq; domos, & tartara adire coactus
 Quisquis erat, Deus ipse suum immitteret alio
 Ex celo genitum, qui, ut nos, de hac labe piaret.
 Naturam assumpsit nostram de virgine sancta,
 Hac sine labefata Maria, virtute supremi
 Neupmatis: & pendens pro nobis in cruce, nos ræ
 Crimina cuncta tulit, quæ non commiserat in suis
 Persolvens, veluti vates cecinere vetusti.
 Ergo ne tanti preciosi sanguinis emptum
 Amittas, poteris credens quo acquirere vitam
 Perpetuam, Empyreo celo, cum gente beata,
 Abluere hoc sacro baptismate, nempe lauacrum
 Hoc, labem primis contractam patribus aufert,
 Crimen: & omne aliud, sub nomine patris, & vna
 Aeterni nati, nec non & Neupmatis alni,
 Qui Deus vnus adest, per secula cuncta perennis.
 Sunt etenim tres persone substantiaq; vna
 Simplex omnipotens, quæ regnat & imperat omni
 Tempore, qui iudex nemet post secula flammis
 Assumpta, ut tumulis surgentes iudicet omnes,
 Cuiq; suum iuxta meritum dare præmia digna
 Pro scelere atq; ignes, quare hoc fortissime nomen
 Te fateare decet, non dum sermone peractio

Elias, Hie
 renias, Da
 uid, qui di
 uino spiri
 tus af latu
 iniquitates
 nfas Chri
 stum porta
 torū. vatici
 auzi sunt.

Sic Athleta libens (postquam iam mente recepit
 Virtutem atheream) domino responderat Urbis
 Albani montis genere atq; ingentibus ausis
 Maeste vir, insignis cuius virtutis in astra
 Fama volat, cuiusq; animus vigor acer & vna,
 Corporis atq; decor, superat praesentia saecula.
 A cuius dextra magna cecidere perempti
 Heroes, noſter patruus cum fratre Tarantus
 Herſiphiles frater, noſtrae genitricis & horum
 Qui modo morte iacent Sorganii & fortis Oniſci
 Quem nunc occidi proprio cum ſanguine caecus
 Noſtrorum fratrum de patre feroce gigante
 Lucifero, Herſiphile ſolito cum matre tueri
 Pontem fatalem, qua ad muros itur amonios
 Vrganae, aſidue multos qua irritat amore
 Heroas, ſiſto vultu, ſiſtoq; decore,
 Quos dein in varias formas diuerſaq; monſtra
 Vertit, & Alſine tradit tam dura ſorori,
 Ut cum damnatis, illos deducat ad unum.
 Leuum, quo ſclerum autores ad tetra debuntur
 Tartara, ego atq; etiam multis ſat cognitus oris
 Morganior. pontis cuſtos, cum fratribus, huius
 Inq; vicem fueram, plures vbi caedimus vna, &
 Prendimus herous, plures pariterq; puellas,
 Quas huc Vrgana incantat ex ſimulis orbis.
 Appulit arte ſua magica, ac violenta coegit.

Tarantus gl
 gas que in
 terſic Ri
 naldus, ve
 ſuperiore
 libro pa-
 tuit.

Logicta,
est potētia
rationalis
allegorice
nomē dedu-
ctam à lo-
yos. i. est ra-
tucinatio.

Logicta nefas *Krgana*, auertere tantum
 Sepe laborauit, sepe est conata piaculum
 Diruere hoc tantum, nunc sanctis suasibus æqui,
 Nuncq; minis, simul & commisso Marte dicissim,
 Diriter inter eas, cui cum genitrice superba
 Ipse interfueram atq; his infelicibus vna
 Fratibus, Agramantis enim nunc Lucifer alis
 Progenitor geminis alijs cum fratribus ardet
 Aduersus Carlum, nunc & quoq; quattuor omnes
 Maturamus iter vulgata ad prælia, contra
 Leucoteam fessis Afris dare robur & ausus.
 Cum nostro pat. e ne quicquam sperante suorum
 Robora natorum, sed me nunc abluē quæso
 Fontis aquis sacri, si tota mente fidelis
 Opto Deo fieri, Christi & parere deinceps
 Præceptis, quibus ignarum me sponte paratum
 Instrue, deinde tamen nomen patriamq; docere
 Digneris, liceat victorem agnosceve tantum.
 Albani montis dominus tunc nomine coram
 Omnibus audito, summo genitore vocato.
 Natoq; & sacro afflatu, baptismatis illum
 Consecrauit aquis Morganor nomen eidem
 Indidit & primum, cupit atq; ex ordine casus,
 Nominaq; & patriam, presentum audire virorum,
 Atq; puellarum, pulchros miratus earum
 Aspectus, saltem vnius super omnibus apte,

Et cultu, & forma magni variq; decoris,
 Cæsaries cuius radijs erat amula solis,
 Hæc prior autè alias vultus monstrabat heriles.
 Et sic Rinaldum lacrimis affatur obortis.
 Magne Ammoniadæ fama super æthera note,
 Virtute, atq; armis, nostros audire labores
 Et casus, citra lacrimas audire ne quibus.
 Qui fortunæ etenim velis aritantur iniquæ
 Infantes, pro virtute, & pietate, fideq;
 Dant pœnas, lacrimas nequeunt cohibere malorum
 Commemores, ego sic tristis meæ fata referre
 Ordior à lacrimis, Phœnicum filia ditis
 Regis Aristidis sum, terris nota Philena
 Eois, multis heroibus atq; tyrannis
 Sæpe petita diu, vinclo socianda iugali.
 Me tamen ante alios poscit superatus amore.
 Filius Assyriæ regis Norandus, & armis
 Et formæ egregius, voto assensere parentes
 Et desiderio iuuenis, nostriq; suiq;
 Ergo datis dextris statuunt connubia reges
 Nos inter dumq; hæc sed me ignorante geruntur.
 Ex Syrio ecce alto, patris venere pbalanges
 Exuujs multis, argenti, auriq; superba,
 Captiujsq; viris, formosis atq; pnellis,
 Insignem iuuenem quos inter forte vehebant
 Præ reliquis visu egregium, vultuq; decorum,

Narrat Philena suas
 arunas Rinaldo: erat
 enim filia
 regis Phœnicæ ut
 dicitur patet
 bit.

Narratio:

Sardiniae regis, fama est ut cognita, primus
 Natus erat veniens qui forte ex littore Thasco
 Ad freta Carpathij, comit unum cum naue suorum
 Orbe vagus toto accessit, dum flore iuuentae
 Queritat eventus, armis, se credit & amens

Descriptio
 loci.

Viribus ipse suis, ergo maris huius amoenus
 Et virides spectans ripas, loca grata quieti,
 Fontibus irrigua, & densis ornata viretis
 Gramineoq; solo multis hinc inde comante
 Floribus atq; herbis, iuuenis Lodoricus ad illum
 Secessum, & socij descendunt, naue relicta
 Vicino in scopulo, sed dum viri lantibus illis

Collatio

Fertilibusq; locis captabant ocia leti,
 Horrendum ecce vident Orcum sic nomine dicunt
 Insulei monstrum immane, instar bina rotarum
 Lumina habens, reliquum corpus sed montis ad instar,
 Ut referunt rostro, vastis & dentibus, atrox.
 Obstupuit, viso monstro, Lodoricus, & vna
 Pallentes socij, celereq; maritima currunt
 Ad loca, vbi stabat naus, quos protinus Orcus
 Praeueniens salta, partim alis, oreq; partim
 Corripit igni: homo, speluncaq; abdit in atra.
 Non secus atq; cuius ex medio cum diripit agnum
 Ore lupus valle abscondit, fame concitus, ima
 Ad pistrinum, similiq; modo, ferus Orcus in antro,
 Astabant vbi multi alij, teneraq; puella,

collatio.

Abscon-

Abscondit prædam raptam, furibundus & atrox,
 Carnibus humanis vesci, consuetus, at acer
 Tum forte has Sacripans & Mandrecardus ad oras
 Appulerant ventis & tempestate coacti,
 Qui valitis adeo in tantum cum viribus Orcum
 Irruerant, ut eum fugere ad penetralia vastæ
 Compulerint antri, vnde viros bellasq; puellas
 Cum multis ducunt gazis, scopulisq; cauernas
 Obscæcant, magnas grates Lodoricus & omnes
 In: o'lumes socj reddunt heroibus illis,
 Pro tanta pietate, vna tantæq; salutis
 Officio tempestiuo, dare vela parantq;
 Interea en subito nostræ venere phalanges
 Phœnicum, & Syriæ, verrentes nauibus æquor
 Carpathium, affixam scopulo & rapuere carinam
 Sardiæ gentis, viridiq; in litore lati
 Ocia defessi captant, mactantq; bidentes
 Errantes, pecus in clusi sub montibus Orçi,
 A nostris hæc & Syriæ, dum milite finiunt
 Sardiæ occurrere viri, & Lodoricus, inermes,
 Querentes nauim raptam, unclamq; carinis
 Iam Syrijs, nostri simulata pace loquelis.
 Incautos illos, Lodoricum vnaq; prehendunt
 Ante omnes, vinctosq; ferunt Ptolomæidæ ad urbem,
 Quos ego ab arce urbis, pariter cum matre, tuebar
 In caput atq; meum, iussi deducier illos

Pesti-

Vestibulum ante ipsum, penetrati atq; arce locari,
 Quos inter dum conspicio super omnibus unum.
 Praestantem forma Lodoricum, deniq; claro
 Praese ostendentem regalia stemmata vultu,
 Quamuis celaret nomen, patriamq; genusq;
 Infelix sensim iuuenis mox, carpor amore,
 Et quo plus ignes & tela cupidinis opto
 Euitare animo, tanto plus ignibus uror
 ipsius iuuenis, reliquis quem carcere clausis
 Captiuus socijs genitor meus ipse tyrannus,
 Arcis in arcana deponi iusserat aula
 Regali, digno tali atq; heroe cubili.
 Nectareis pavitq; epulis, regalibus una
 Delicijs, huius certe illum miseratus ab annis
 Captiuum teneris, nec quod fortasse dolentem
 Solari iuuenem vellet, ea cura parumper
 Sollicitabat eum, quia sed tamen eius opimo
 Sanguine censeret rex instaurare salutem
 Infectam, certe genitor rex ipse diebus
 A multis elephante malo membra omnia prorsus
 Fedanti sua, languebat, medicamine ab illo
 Nec capiebat opem, nisi consultante medentum
 Omni concilio iuuenis fortasse cruorem
 Potasset teneri, generosi, qualis adultus
 Hic impubis erat toto quaesitus in orbe.
 Rex ergo hospitio tali fictaq; tenebat.

*Letitia iuuenem, ludo ex hilarabat & omni,
 Et simulata dabat florentibus ocia in hortis,
 Ad quos assidue exhibat Lodoricus ab aula
 Nescius ipso sui interitus, qui instabat acerbus.
 Interea regis Syriae me filius omni
 Sollicitare animo petere & promissa frequentat
 Connubia, at pater ipse meus rem distulit vsq;
 Sanguine maectati iuuenis se tabe pararet.
 Haud minus optabat cæptos finire hymenæos,
 Quam gener, atq; socer, quare iam triste parabat
 Infonti iuueni lethum, quo deinde peracto
 Sanguineq; ebibito, dirum atq; immane piaculum
 Sanior alterius vita celebrare hymenæos
 Possset cum procerum cætu solemnibus vna,
 Pluribus & pompis, certe mane ante parentes
 Quam iuuenem decreuissent occidere ab omni
 Tristitia immunem, me illi obiecere videndam.
 Omni conspicuam ornatu, vultuq; decoro,
 Qualis conspicitur Venus aurea mane rubente
 Ante viatorem, qualisue apparuit olim
 Romanum ante ducem Cleopatra Ægyptia bello
 Occursu, talisq; existo ante ora miselli,
 Infontis iuuenis, meq; illi deniq; falso
 Connubio assignant, aspectu latus vt isto
 Et fretus tantis hymenæis, victima pinguis
 Sanguinis & puri fieret, reparare salutem*

Patris

Patris Aristidis, cui scelus & quoq; matri
 Reginae acciderat quam se facere ambo putabant.
 Nam iuuenis pietas, & amor, cor flectere nostrum
 Usq; adeò potuere, illum sub nocte silente
 Conscium vt efficerem sceleris, cedisq; paratæ
 Iam sibi, & illecebras fictas ex ordine pando,
 Irrita cui iuro sed non connubia nostra
 Prorsus erunt, tibi quæ noster pater ore dolofo
 Sponderat, ergo omni posita formidine, nocte
 Per, maturemus, virgultum, vertere terga
 Luminibus nullis visendi, carmina quædam
 Dum maga protulero didici quæ matre magistra.
 His iuuenis dictis stupidus diuòq; piaculo
 Audito attonitus, mibi dix dare dulcia quinit
 Oscula, primitias hymenei, ac prima cubilis
 Præmia, quem mora nulla duces sectarier hortor
 Me per amenum hortum, cuius sub mæribus antri
 Anfractu longo peragrato, accedimus, inde
 Ad pontum syrium, de fessi errore viarum,
 Et tandem inuentam nauim, pacto ære, subimus,
 Vela damus ventis, remis vnda sç, secamus,
 Cum subito ecce parens regina ululatus implens
 Æthera me querit, naue assimilante procellas
 Fulmineas, magica arte quidem turbauerat æquor,
 Innumeris stipata viris, & robore multo,
 Tum capiti scripta impono maga carmina, & ore

Profero, queis nusquam subito apparemus in alto.
 Naue sua ergo parens nostram contingere ferme
 Turbida iam potuit, fortasse & contigit, alto
 Lamento nequijt q̄. audiri impulsio fortis.
 Sensimus ipsi etenim violentos abietis ictus.
 Semianimi ignara, sed præteriere phalanges
 Matre mea, qui ad Carpathij dant littora vela
 Pone subit noster nauta & vestigia sensim
 Rinatur, rapula, at ripa dum forte vivente,
 Qua ferus Orcus erat quondam, nos queritat illa
 Turba furens, celeres vltra properamus in altam,
 Magno grata nimis donec Rhodus insula Phæbo
 Iamq̄. appareret, semper manifesta sereno
 Atere, cum sæuum meditans in corde piaculum
 Tam per grati operis, pietatis amoris & vna,
 Immemor, ad ripam scopulosam accedere nauim
 Iusserat, exiguaq̄. casa se carpere velle
 Dissimulans mecum somnum Lodericus iniquus.
 Deseruit scopulo me solam nocte sopitam,
 Et cito vela Euristacitus dat nauta secundis.
 Dissecat ingratus sed dum freta cœnula, somno
 Excitor infelix, ne quicquam brachia bina
 Vndiq̄. versus eum extendens, & saepe levata
 Voce voco, responsa mihi cum nulla darentur
 Sargò amens lecto, iubare exorientè diei,
 Lustrò locosq̄. omnes, equor speculata profundum

Aspicio nusquam nauim, tum littora fletu
 Impleo, dilaceroq; comas, thoracaq; pugnis
 Percutio, atq; genas, eadem resonabilis echo
 Tristia dicta refert, scopulitum vertice summo
 Me dare precipitem pelago per sepe parau.
 At mihi suffecit vires animumq; piaculum
 Ne fierem tantum, nostri miseratus ab alto
 Omnipotens, ergo scopuli de vertice adimum
 Descendi egra thorum, questus, lamenta frequentans
 Esca futura feris animalibus, in quio, rupe
 Sola sub hac sistam? melius submergar in altum.
 Hec dum lamentor, scopulo, medio equore decta
 Vasta carina haeret, magno atq; ingente tumultu,
 Fœmineo admisto gemitu, duo forte gigantes
 Quos modo vicisti, vinctas has naue puellas
 Hos partimq; viros quales nunc ipse tueris
 Gestabant, lamenta procul qui ex equore nostra
 Audirent, celeres properant scopuloq; carinam
 Adiungunt & semianimem me ad transtra lacertis
 Molliter adducunt geminis, epulasq; paratas
 Nunc prece, nunc vi, illas horrentem assumere cogunt.
 Sicq; instauratam me alijs iunxere puellis
 Et Cypronatq; Rhodon linquentes lumine, verrunt
 Equor & infide Malea vada iniqua canentes
 Transimus vastam Moream, & penetramus ad altum
 Tyrrhenum, iam Trinacria post terga relicta,

Italiae & virides oras, populosq; Latinos
Detegimus, dein ignotis regionibus, Afris
Et populis iam transactis, violenter ad istas
Appulimus sylvas, sed nondum è naue recepti
Hic fuimus, quando missæ de patre phalangis,
Orbe omni me quæsitum, accessere priores
Ductores isti, patris de robore lecti.
Qui eripere è validis miseram me nuper Athletis
Vi voluere sua, quorum pars athere cassa
His inhumata iacet syluis, pars en tibi præsens
Conspicitur laceris armis erepta periclo
Nunc dextra Rinalde tua, per quam precor heros
Magnanime hinc mecum ipse velis discedere ad oras
Sardoas, nostri satis immemor est vbi coniux
Perfidus ille meus, ne me remeare paternos
Ad vultus finito, tantæ impietatis in illos
Autorem natam, & tam diræ fraudis inultam.
Finierat talès virgo Phœnicia casus
Ore suos, reliquæq; etiam sua fata puellæ
Commemorant, reliquiq; viri, pars vna mariti,
Et pars illarum fratres, pars & quoq; amici,
Ad patriam reditus qui omnes vno ore rogabant,
Tunc Annone sati, Græuis pariterq; sodalis.
Morganora ducem sylvæ secreta scientem
Seçtantur, ducuntq; viros, ducuntq; puellas,
Ad mare vicinum, geminasq; è littore puppes

Alto prospiciunt, quas ascendere puellæ,
 Quæq; suo stipata viro, dein gratibus ipsi
 Rinaldo indultis, nautæ iamq; are recepto
 Muneribusq; simul, pro victu, epulisq; uehentum,
 Dant pelago proras, & ventis vela secundis,
 Principe Phenicum, patris cum pube, Philena
 Cum geminisq; Ammone satis, Philomeneoq;
 Atq; etiam cum Morganore, superstitè Jyluis.
 Interea Albani montis fortissimus heros
 Edicit cæsis socijs dare tempus humanis.
 Et dum cæsorum fratrum Morganor obertis
 Corpora cum lachrymis sumit, Phenicia turba
 Vestigatq; suos iunguntq; cadauera in diuum.
 Interea Ammonis nati mesti, atq; dolentes,
 Saucius & Philomeneus, comitante Philena,
 Assumunt miseri corpus Tynganoris, vna
 Imponuntq; sacro tumulo, quem robore secto
 Fraxineisq; simul ramis, & cespitè vulsa,
 Fecerunt: super atq; aras ex ilice sectam
 Imposuere crucem, pro manibus atq; precantur.
 Religionis enim infidis in partibus illis
 Non fuit vlla domus, ne religiosus in ara,
 Sacraffet qui animis panem, diuinumq; liquorem.
 Exequijs ergo exactis, sacrisq; litatis,
 Vt potuere ambo fratres, Grainusq; sodalis,
 Ad socios mæstos, bella comitante Philena,

Alijs hospi-
 eibus viris
 & puellis
 abeuntibus
 Philena cū
 suis comiti-
 bus non de-
 ferit Rinal-
 dum.

Ammonis
 nati Rinal-
 dus & Ri-
 chartus.
 Tynganor
 socius Ri-
 naldi terre
 mandatur.

Accedunt, qui condebant tellure sub imi
 Corpora caesorum sociorum, quos inuat heros
 Rinaldus, Philomenaeusq; unaq; Richartus.
 Nec cessabat opem virgo Phœnicia ferre,
 His rite exactis, fratres, comitesq; Philenæ,
 Ipsa Philena etiam, pharetramq; arcusq; capeffunt,
 Quæ Morganor eis dederat (certe ipse simulq;
 Et Philomaneus, paſtorum paupere tecto
 Captabant feſſi medicatis ocia plagis)
 Quisq; suum, domitant & equos, Rinaldus omiſſo
 Baiarto propter vulnus languente cruentum,
 Quadrupedem capit atq; alium & per inania ſyluæ
 Transfigunt celeres damas, apruſq; feroces,
 Miſſilibus longè iactis, denſiſq; ſagittis,
 Corripit à ſamulo iaculum Phœnicia virgo,
 Dirigit inq; aprum, miro comitata lepore,
 Velocem ferit atq; feram ſuper ilia dorſo.
 Per Cynthi nemora alta ſeras Latonia qualis
 Exagitant ſigit ſurgentem in cornua ceruum,
 Aut umbroſi Ericis per ſaltus qualis in apros
 Spicula diua Venus luxis amentat habenis,
 Talis apro viſo virgo Phœnicia ſyluis
 Cernitur, amentans nunc ſpicula, nuncq; ſagittas
 Expediens arcu leues in terga ſerarum,
 Nec minus & comites, natiq; Ammone faceſſunt:
 Interpellat eam verbisq; affatur amoris.

Phœnicæ
 virgo. i.
 Philena.

Collatio à
 Diana, &
 Venere.

Richartus
 Philenæ
 bis amato-
 rijs competi-
 lar,

*Junior Aramonis natus vix tempore capto,
Venando intenti, dum sunt cum fratre potente,*

Acca, quæ
& vrbs dici-
tur Ptole-
mida.

*Reginæ comites, sitales Acca puellas,
Procreat aut Sydon, qualem te bella Philena,
O felix nimium tellus Phœnicia mundi
Ante omnes terras, si sola talis habetur
Nunc tecum, Loderice feris immanior ipsis
Deserere hos demens potuisti corde lepores.
His dictis niuea ora rose permista rubore*

Philena pu-
dore suffu-
sa fugit Ri-
chartum.

*Reginæ apparent subito, quæ fræna retor sit
Quadrupedis, cupidi fugiens ante ora Richarti.
Non secus ac quando Phœbum fugiebat amantem
Territa per sylvas Daphne, creuitq; virentes*

Cōparatio
idonea.

*In ramos, non ipsa aliter regina Richartum
Effugit, ille autem dulci sermone fugacem
Insequitur, magni veluti Iouis ales olorem*

Alteræ cō-
paratio.

*Albentem cæli per nubila, at ille volauit
Meandri ad ripas socium iamq; agmen adeptus
Tranat, ubi residet pharetram succinctus & arcum
Sacrorum alituum custos, se nec minus alto
In luco abscondit virgo Phœnicia, ibidem
Rinaldum, patriosq; simul rata adesse sodales,
Ast aliter res euenit quam virgo putarat.
Forte ingressa nemus per opacum germine multo
Frondenti, pariter proceraq; arbore passim
Occurrente, seram maculis prospexerat atris*

Sub croceam, ceruum sublimem cornua paruas
 Multifida in partes, visæ dare terga puellæ
 Quæ simulans, tristes semper ceruice reflexa
 Conuertebat ei vultus, non segnis at ipsa
 Venatrix, pharetra, iam pene oblita Richarti
 Extulit, inq; feræ direxit terga sagittam.
 Quæsserat iceta leui motu nil saucia ferrum
 Missile de tergo fatalis bellua, ab ipsa
 Atq; ideo nusquam diuerterat ora Philena.
 Haud valde celeri gressu petit ardua densi
 Interiora loci, quam plus veloce Philena
 Insectatur equi cursu, rursumq; ferire
 Tentat eam iaculo ferratæ cuspidis ardens,
 Figitur in dum radice innoxius icetus,
 Et subito vultus imitantem vidit aniles
 Effigiem, tales fundentemq; ore querelas.
 O scelerata magis fuerat quam nata parenti
 Vlla suæ, mihi chara olim, gratissimaq; vna
 Filia? quæ ob iuuenem captiuum linqere regna
 Compositosq; simul thalamos, nos atq; parentes
 Deferuisse tuos, inimico corde tulisti?
 Si me non noscis, tua sum tristissima mater
 Regina Astiage, subito quæ turbine pontum
 Obruta per medium cecidi, te propter & erro
 Per nemus hoc atrum, nunc nondum morte soluta
 Obuia, cuiq; viro terror, nunc ceruus, aperq;

Philenara-
 ta ceruum
 insectari
 matrem in
 ceruam cõ
 uersam for-
 san magi-
 cis incanta-
 tionibus
 percutere
 tentat.

Inq; vicem srens feralis bubo figura,
 Te geminosq; Ammone satos, nostram quoq; gentem
 Hortatura, locos fugere hos, & spectra nefanda
 Virgane, ne decipiat maga femina vestros
 Virgineo vultu sensus confecta senecta,
 Cui ni intenti animo sitis in plurima monstra
 Vos reddet, magicæ artis enim portenta nec ipsa
 Omnino ignoras, queis te hac defendere possis.
 Attamen hoc vnum te verbis deniq; adhortor
 Arma ipsa in regem si vltricia ceperis vnuquam
 Sardinia, forti Rinaldo autore, iugales
 Amplius ad tædas vt non admiseris eius
 Infandum natum, sed mox te visere regem
 Bitunia eueniet, domino stipata potente
 Albani montis, nec non & fratre Richarto.
 Hic tibi connubio dabitur iam patre perempto.
 Ex vtroq; etenim veniet tam magna propago
 Hesperiam extremam vt repleat, cum Bethis in oris
 Imperet, ex te etenim procedet filius acer
 Marte Philistinus, proprio sic ille feretur
 Nomine, Sidonio qui multo milite Gades
 Intrabit bello, condetq; ingentia Bethi
 Oppida, præcipue patriode nomine ab ipso
 Dictam Sidoniam Methinam Gaddibus urbem
 Vicinam, vnde viri illustres pariterq; potentes
 Procedent, certe fama super athera noti

Curmani heroes, quos inter primus habebit
 Sidoniam, Hispalicis qui dux dominabitur oris
 Cuius ad ora sinet, quamuis ingente dolore
 Maclari natum donec circumdata rumpat
 Mænia, diuinasq; aras tueatur Iberum
 Et regnum, patrem quibus est imitatus Abraham
 Magnanimus, de te veniet Rodericus, & vna
 Dux Gadium illustris, belloq; insignis & armis,
 Hic etenim victis Mauris pugnabit Alambram,
 Atque etiam Hispanos extollet ad astra Leones,
 Mille trahens victor Maumete ex hoste triumphos,
 Ille autem Illiberim pauco circumdabit urbem
 Milite, & in porta signum crucis edet Ibera,
 Millibus in medijs Maurorum, cordeque toto,
 Christo fidus erit, sic fata euauit curas
 Per tennes vmbra illa dolens lucosque reliquit.
 Obstupuit visa genitricis imagine virgo
 Sidonia, obriguere comæ & vox faucibus hæsit,
 Et subito miseræ matris perterrita casu
 In solum equo ruit, vt campo rosa candida raptu
 Exagitata noti, aut ventorum turbine adacta.
 Non secus inspecta virgo Sidonia matris
 Effigie in tellurem amens turbata repente
 Corruit amissis stapedis, lorisq; trementis
 Et sternacis equi, qui non interritus atros
 Deseruit lucos fngitq; per inuia syluæ

Obuius occurritq; viris Phœnicibus, vna &
 Rinaldo, præda qui captamq; Philenam
 Inuestigabant, alia atq; ex parte Richartus
 Neminus inuestigat eam tentatus amore.
 Inuenit ante alios illam tellure iacentem
 Semianimem Albani montis possessor, & vna
 Subleuat omne caput fulgenti crine solutam.
 Inq; suum imponit luctu, ratus esse peremptam,
 Quadrupedem, mœstiq; etiam accessere sodales
 Cum fratre, ignari casus, qui contigit illi
 Mirandi, at nondum pastorum limen apertum
 Intrarunt, oculos quando Phœnicia virgo
 Pandit vbiq; suos, rediuiuaq; redditur auris.
 Vt Phœbe quando posita caligine nubis
 Clarior apparet terris sub noctis opacæ
 Tempore dimidio, sic & terrore remoto
 In vires suffecta suas regina Philena
 Pulchrior ora redit, collecti Ammone creati
 Sidonijq; viri incolumi cum virgine læti
 In pastorum intrant humilem, paruaniq; tabernam;
 Sperat eos Morganor vbi fidiſſimus heros
 Et Philomenæus tumido plus vulnere languens.
 Interea Oceano iam nox ruit, omnia fuscis
 Obscurans alis, alterna cæde peracta
 Quando inter Libycas, Christanas atq; Phalanges,
 Deferere in campo tentoria Marte coactus

Apostro-
 phe ad bel-
 lū Luceiæ.
 Cronogra-
 phia noctis

Troiani

Troiani
natus. i. A-
gramas rex.

Troiani natus, Rolando instante, reduxit
 Sequos suosque viros Arelata ad moenia septa,
 Haec erat urbs etenim Agramantis ad usque Pyrenem
 Cum regione omni, quam vi expugnauit & armis
 Martius Agramas, Carlo cum gente fugato.
 At nunc est inclusus ea virtute superbi
 Rolandi, & comitum, reliquorum, ingentibus ausis,
 Hos bellorum inter casus alterna vicissim
 Vulneraque, ex Carli tectis regalibus urbis
 Leucoteae, bellis alijs stipata puellis
 Anxia stabat ubi, virgo Galafronia fugit,
 Sola per occultos saltus, locaque inuia, adoras
 Indorum longas, sua sunt ubi sceptrata Cataio.
 Fatali cyclonulli spectabilis usquam,
 Herbifero & tandem defessa in margine fontis
 Proceras inter salices dumosque, latenter
 Fatali spiram deponsta ex ore resedit.
 Vix tamen exiguum potuit requiescere tempus.
 Cum subito ecce viri murmur, suspiria, questus
 Non procul exaudit, talesque intenta loquelas.
 O miserande nimis iuuenis, tibi vita superstes
 Quid manet? ante tuam Angelicam pro cuius amore
 Omnibus in terris erras, caput atque periculis
 Obiectas tantis, ferijt te vnaque fugauit:
 Rolandus, velut imbellem timidumque puellum,
 Degeneremque virum, nec equo terrore fugato

Fuga Ange-
licae à nemine
vixit vir-
tute annuli
institi, quae
hic Poeta
cyclum vocat.

Angelica
latitans au-
dit Feragu-
rū sui aman-
tē fundere
amoris que-
relas.

Ille meo obijciet casum, Galafronide coram.
 O iterum miserande tua vir sprete puella
 Cuius ad ora palam fueram sine laude fugatus
 Rolando riuali, odio quare excitus atro
 Quadrupedem occidi fugientem per loca mecum.
 Inuia, consuetum nunquam conuertere terga.
 Propterea magnitesto per numina Phœbi
 Dinorumq; meorum vna, me ad prœlia nunquam.
 Quadrupedante vti, donec præsente decora
 Angelica, Briadorum equo certamina tollam
 Rolando, suaq; arma simul mox deniq; & ipsam
 Angelicam, mihi quam iunctam moriendo videbit
 Rolandus, sed ego infelix quid vulnere nondum
 Incolumis loquor? ipse meam dum amplectitur hostis
 Angelicam, fratre exuperato debita coniux
 Quæ mihi iure fuit, pacto, meruiq; potente
 Hac dextra? caso quamuis Galafronia fratre
 Fugerit ipsa suo, quem vti nam non ipse necassem
 Vicissem quamuis: nam fratre superdite vitæ,
 Bella soror non diffugeret, mihi nupta maneret.
 At nunc sauis amor duri me Martis in armis
 Stare diu cogit media inter prœlia, & hostes,
 Exul, & extorris procul extra patria chæra
 Limina, plura alia hæc & referebat in ima
 Valle vir ille iacens, ingratam aduersus amantem
 Multa querens, quæ cuncta simul tanti autor amoris

Angelicā auscultans pene est miserata dolentis,
 Quem vellet solari aliquo sermone, profecto
 Falsifrone satum Feragutum nouerat esse,
 Qui prius ad fontem Merlini immane duellum
 Gesserat, Anglanti domino cum heroe fugacis
 Et Sternacis equi tandem terrore coactus
 Effugere, Angelica, pro qua pugnabat, omissa.
 Sed voluenda loco hoc fortuna adiunxerat ambos,
 Mirum, paganus quam toto feruidus orbe
 Vestigauit, habet se iuxta ignarus amicam.
 At dum sub dubia Angelica est accedere ad illum
 Solandum bello aspectu, verbisq; dolentem,
 En eques vnus adest scuto tria lilia gestans,
 Et Quartels suo, Almontis gestamen acerbi,
 Qui nitidis armis fulgens acerrimus hastam
 Crispabat dextra, sylua sua fixus in omni
 Lumina, hic Anglanti princeps erat, Angelicam qui
 Vestigando locum casu peruenit ad illum.
 Solus amore ardens Briadoro erectus in alto.
 Nouerat Anglanti dominum, Galafronia virgo,
 Eminus alipedis per equi vestigia nota,
 Et spiram ore locans fatalem, lumina fugit
 Ante humana iterum subito stupefacta pauore,
 Hispano apparere etenim coram Feraguto
 Rolandum metuit, veluti cum nubilis vlla
 Nondum compositis hymenæis forte puella

Anglanti
 princeps
 Rolandus
 accedit lo-
 cū ubi erāt
 Angelica
 & Feragu-
 tus.

Exter-

Externum ante virum Sponso veniente videri

Fatali orbe
i anulo.

Se, verita est, Fatali igitur non secius orbe

Angelica abscondit se humano deniq; visu.

At Rolandus eam magici non inscius orbis

Sepe vocat Sylua, ne quicquam diuagus omni

Nam neq; respondit Galafronia, nec putat vsquam

Respondere illi, proficisci intenta Cataium

At Rolandus eam dum sic denictus amore

Per deserta vocat frustra: Feragutus Iberus

Audyt Angelicae resonantem nomen amate

Anglanti dominum, nouitq; in signia surgens

Quartele
insignia &
spolia re-
portata à vi-
cto Almon-
te.

Quartelis, quæ Rolandum Assramonte duello

Eripuisse ferunt Almonte, aptasse simulq;

Victorem clypeo, cui se obuius obtulit audax

Falsirone satus, mox atq; ita fatur ad illum.

Falsirone
satus. i. Fa-
ragutus fi-
lius Falsiro-
nis fratris
Marfrigi-
gis Caesar
augustæ.

Tempus adesse reor Rolande, vt Marte probemus

Cuius erit bella Angelica hæc, quam voce frequentat

Sollicitus syluis, ego sto pro virgine bella

Erepturus equum Briadorum, atq; arma tyranni

Almontis, quem non equo tu Marte ne casti:

Dein caput ipse tuum gremio Galafronidis vltro

Imponam, cui sublato clamore senator

Romanus sic respondit, verba irrita iactas

Haud vera, ô pagane ferox, ego rite superbum

Almontem vici, te nec minus atq; necassem

Ni me fugisses coram Galafronide bella,

Nunc

Nunc via nulla fuga superest, ut vulnera vites
 Durlintiniensis nostri, Briadorus equusq;
 En precium victoris erit, quæ ubi dixerat, altæ
 Arboris ad truncum Briadorum sponte ligauit.
 Mox pedes, in peditem subito ruit hostis vterq;
 Inter se strictis gladijs fulgentibus, instar
 Fulguris & veluti gemini occurrere leones
 Occisam supra prædam, fame forte coacti
 Vnguibus inter se nec non & dentibus acrè
 Aduersi certant, vastis rugitibus auras
 Perturbant, non illi aliter se comminus inter
 Commiscent ietus heroes, sylua duello
 Horrisono tremit omnis eo, velut icta tonitru
 Fulgureq; ignifero foret irradiata frequenter:
 Sic strepitu amborum, flammisq; ex ære leuatis,
 Horret ager, tum bellantum miserata duorum
 Rolandi saltem posita Galafroia virgo
 Ex labijs spiræ, manifesta apparuit hostes
 Ante ambos, celeri cursu per deuia syluæ
 Diffugiens, veluti venantum ante ora virorum
 Quando repente salit latebris telluris ab imis
 Dama fugax, terrore canum, terrore citata
 Turbarum, medios amens dirumpit in hostes
 Vestigando viam sequitur tum protinus illam
 Turba virumq; canumq; ingenti voce per agros.
 Non secus Angelica fugiente inimicus vterq;

Equus Briadorus statuitur Brauium certaminis.

Certamen Rolandi & Feruguti.

Collatio Mira.

Angelica apparet coram Rolando & Feruguto certantibus.

Deserto

Deserto occurrunt campo, & certamine pone
 Effugientem ipsam, lucum quæ ingressa per atrum
 Vanuit amborum ex oculis virtute figuræ
 Fatalis, veluti quando sub nocte profundum
 Effigies inter somnum placidissima visa est
 Moxq; euanescit, hic inter robora densa
 Angelica amborum subterfugit auia visus,
 Dum Rolandus eam parte hac, dum queritat illac
 Paganus, quisquis curarum fluctus amoris,
 Sollicitiq; metus, pulcherrima sicubi virgo
 Se neglecto, alij forsan societur amanti.
 Sic vir vterq; illam lucum lustrantur in omnem,
 Disceduntq; procul, quorum superatur amore
 Ira, feroxq; odium fit mite cupidinis igne,
 O amor à nullis vsquam superabilis aeo
 Viribus, ardentis furij mortalibus hostes
 Hos si dijungis, varijs dispergis & oris,
 Immemoresq; sui facis, at sic auia retro
 Angelica effugiens luco videt obuia passim
 Agmina multa virum: obscuris exire latebris
 Deficere & nemus omne, simul, quæ & plurima fœda
 Monstra videbat ibi (locus hic Atalanticus atrox
 Nempe erat, Ammonis natos qua vidimus ire)
 Fatali coram spira maga machina luci
 Deficiebat enim, neq; adhuc persistere quibat.
 Libera præterea pubes iamq; omnis abibat

E nemore,

E nemore, hi positis alienis carmine membris,
 Hi laqueis lapsis, requie sine terga reuertunt
 Qua poterant, sed prima venit formosa Bradagmas
 Mutata effigie lauri viridantis, & altae,
 Fatalem crispans hastam, quam martius ante
 Gesserat Argalias, se quadrupedanteq; gestans.
 Induta aratas squammas & flaua metalla
 Arma & equum reperit se iuxta, quae sua nouit
 Non fore, nempe sua in luco spoliata virago
 Vi magica amisit, fieret cum Laurus opaca.
 At fatalem hastam sibi quam donauit amicus
 Astolphus penes obtinuit se, vimen in altum
 Crescentem pariter secum sine cespite luco,
 Eius erat virtus quoscunq; attingeret ictis
 Deturbare viros telluri hanc iusserat hastam
 Argaliae nato fieri rex ante Galafron,
 At nato occiso post multos lancea belli
 Euentus, in fatidica fuit arce redacta
 Logistae, illam tandem magna femina iusta
 Tradidit Astolpho Palatino, forsitan illuc
 Erranti, & dirae fugienti ex vrbe sororis,
 Astolphus dederat fieret fors obuius illi
 Ad Ligeris ripas Bradagmanti ex Syrtibus vstis
 Accedens Atalanti adytis, vbi protinus ambo
 Deuincti fuerant, haec crescens carmine luco,
 Ille viris alijs insignibus abditus arce,

Hastae in
 tate tactu
 quibus pro
 sternebat
 tur.

Ambo. l.
 Astolphus
 & Bradag-
 mas.

Effu-

Effugiens ergo Bradagmas se pone pedestrem
 Prospicit aduentare virum sic vociferantem.
 Cum radiante hasta, fur pessime nostra quid arma
 Fers, & equum, tua quæ noscitur non esse patenter?
 Siste gradum, nitida arma simul dein exue nostra
 Trade quæ equum nobis dira nisi morte perire
 Vis manibus nostris, fugere hinc haud ipse valebis.
 Talia iactanti retro conuerterat ora

Gridassus
 rex, Bradag-
 mante in ar-
 mis eius in-
 dutam inle-
 statur.

Et fore Gridassum cognouit liber ab aula
 Qui simul egressus magica, quæ perdidit arma
 Et querebat equum, cui sic interrita virgo
 Respondit, tibi reddere equum quæ dicis & arma
 Sponte libet, pacto posito, si viceris hasta
 Me modo, sed iusto si te certamine terræ
 Prostrarim, meus & sonipes, meaque arma manebunt,
 Lite sine ulterius, sic fata Ammonia virgo
 Iunxit equum pinum iuxta, lorisque ligauit.
 Dein in se valida atque erata fuste ruentem

Gridassus
 à Bradag-
 mante ha-
 sta cantata
 diruitur.

Gridassum contra telum vibrauit, & ictu
 Primo eiecit humi sed nullo vulnere, inermis
 Non erat ille etenim, quamuis spoliatus ab armis
 Forte fo. et proprijs, ridens formosa Bradagmas
 Seriaco in terram prostrato rege superbo
 Quadrupedem capit, hic ictus calcariibus, auras
 Per tenues celeri cursu volitare videtur
 At Gridassus humo erigitur mox concitus ira

Rex Seriaci
 Gridassus.

Ardenti,

Ardenti, valdeq; stupet tum ingente ruina
 Tum facili impulsu, tanti victoris & anceps
 Nunc fore Rolandum, nunc atq; Ammone creatum
 Nunc aut Rugierum, Feragutum nunc vel liberum,
 Mente reuoluebat, furiarum ac deniq; flagrans
 Aëstibus, in seipsum gladium fixisset acutum.
 Ast absentem hostem luco perquirere tandem
 Destinat, & velox penetrat loca peruia quæq;
 Pone Bradagmantem, contra aethera iurgia iactans.
 Angelica interea visos heroas opacis
 Exire à lucis subito mirata, puellam
 Dordonam spectat inuenem rata, & esse coruscis
 Armis insignem præstante q; corpore, capta
 Eius amore statim sequitur, vestigiaq; vna
 Rimatur, sibi causa moræ sed ne horridus ille
 Paganus fieret, manifestam se eminus hosti
 Obtulit, à leua simulans se hac tendere velle.
 Agnouit longe speciem Galafronidis acer
 Gridassus, deuicta atque igne Cupidinis ira
 Declinauit iter leuæ, qua regia virgo
 Festinabat, eam placido & sermone fugacem
 Prosequitur, precibusq; simul queis saxa moue. c.
 Quo fugis ô demens me, per loca inhospita, sola
 Sentibus, & Saxis, teneras offendere plantas
 Mauis, tam digno quam rege quiescere mecum.
 Et quam regina ad nostras proficiet oras

Puella Dor
 donat Bra
 dagmans
 Angelica
 Bradagmã
 te vifã nata
 esse vitã,
 eius amore
 cepa eã se
 quitur.

M

Sunt

Sunt vbi sceptrum mihi necnon atq; oppida multa
 Capta manu, luxuq; vbi gens tibi seruiet omni?
 Sum Gridassus ego, aduertas, fortissimus ille
 Quem solometuunt audito nomine gentes,
 Hæc referebat amans & multo plura puella
 Effugienti, vltra quem postquam virgo putauit
 Distraxisse pedem diuerso limite ab ipsa
 Virgine Dordona, subito disparuit ante
 Gridassi cupidi ora, virum lussisse suborto
 Exbilaris risu, redit ad vestigiaq; vna
 Natæ Ammonis amans, Ligeris iamq; alta tenentis
 Lit: ora amœna nimis, quæ iam labentibus vmbriis
 Noctis adhaerentis querebat deuia, ripa
 Deserta hospitium, aut aliquem quem forte rogaret,
 Errabunda ergo Bradagmas in littore sola
 Audijt interea vestigia mollia, vocem
 Et gracilem Angelicæ haud longe sibi talia fantis.
 Quisquis es diuuentis nimium generose parumper
 Siste gradum obscura ac nebulosa nocte priusquam
 Hac plus implicitus fias errore viarum.
 Fœmineam ad vocem Bradagmas miserata cucurrit
 Et visæ Angelicæ rarum mirata decorem
 Dic, ait, ô virgo quæ te fortuna sinistra
 Appulerit solam per inhospita tesqua pedestrem
 Huc, quicumq; tamen casus te aduexerit vllus
 Quadrupede, precor ipsa velis, hoc fessa tenari

Angelica
 alloquitur
 beneuole
 Bradagmas-
 tem.

Horrida

*Horrida nox etenim cogit loca quarere aprica,
 Sic fata Angelicam à tergo Dordona virago
 Cepit equo, verbisq; viro simul amula & armis
 Et tandem Angelica duce (tales ante latebras
 Hac callebat enim quando errabunda potente
 Hac cum Rolando patrijs discessit ab oris)
 Peruentum est ad celsam arcem qua in rupe videtur
 Bellonaci Basij Palatini hac arx erat, intus
 Stabat vbi egregius custos sat cognitus ipsi
 Angelica mox atq; fores Galafronide visa
 Aldiger ille hospes reserat, ratus esse potentem
 Rolandum, Bradagmanta, etenim suscepit vtrumq;
 Iam pridem, Angelicam, & Rolandum scilicet arce:
 Interea ingressi subito reperere nitentem
 Intus Rugierum, magica qui neminus aula
 Liber, & insidijs, errans loca venit ad illa
 Cum claro Astolpho, domino pariterq; Vienne
 Per se quisq; locum hunc, qui nuper deniq; fessi
 Aduenere, viae propter dispendia longae
 Tempus at esse reor dia sacra relinquere letos
 Vt se nouerunt, Bradagmanta, simulq; maritum
 Rugierum, reliquosq; viros, Galafronidaq; vna,
 Dum Rolandum, eius, profugum mihi pandis amore.*

Vienz do-
 minus Oit
 uer.

Apostro-
 phe ad mo
 lam.

LYRAE HEROYCAE

LIBER SEXTVS.

ARGVMENTVM LIBRI VI.

Rolandus dum Angelicam vestigat, Gridaffo obuiam exit, contendunt armis inter se, vincit Rolandus: qui dum Gridaffum iugulare parat, subito hortendum videt Monstrum, cui infidebat gigas manibus bipennem gerens, & supra galeam cristam diuitem in septem flammis igneas, Rolandus Deo prius inuocato irruit in monstrum equitemque. Monstrum cauda deturbat eum terram, quem tuetur Angelus suae custodiae, proijcit monstrum & equitem in profundum Tartari. Tumultu & ruina praecipitati monstri, perturbantur heroes sylua errantes, maxime Rugier & sua sponsa Bradagmans & Angelica, omnesque Palatini, qui ad tumultum accurrentes iacentem via descendunt Gridaffum faucium ictu Rolandi, quo omisso ultra praetereuntes procul vident Otueri filios, aliosque Palatinos certantes contra Orillum Aethiopem, & suum exercitum, hic Orillus adeo effascinatedus erat, ut quamuis membratim dicerperetur mox integer incolumisque

misque appareret, idcirco insuperabilis erat, cæterum accedentibus Rugiero, & Oliuero, & Bradagmante, & Angelica, gestante suum annulū deficit sua magia Orillo, idcirco superatus cū sua palante effugit gente. Interea dum victores inquirunt Gridassum, quem ante offenderunt semianimum, obuiam exeunt Feraguto, eumq; Bradagmas ex equo Briadoro in terram proster nit cum sua cantata hasta, arripensque Briadorum tradit Angelicæ, Briadorum enim Feragutus ipse antea arripuerat ex loco vbi eum Rolā dus omiserat, omnes ergo in Rolandi Quæsitio nem adeunt, Rolandus autē alias abiēs obuius fit Orillo, & sermonibus fingens se Arabem, ei adiungitur, & in parui municipij hospitio ambo accumbunt. Crastina die Rolandus se mani festat, vocat arma Orillus, Rolandus pugnat cōtra omnes, sed Orillus pristina vtens opera frequenter se restaurat, cæterū Angelica illac prætereunte cum suo annulo cantato, Orillus iterum sua potentia magica frustratur, idcirco Rolando sui deditioem faciēs ab eo baptismum recipit. Interea accedunt Rugier, Oliuer, Bradagmans alijque Palatini qui inuenti & Rolando, & Orillo iam christiano tribus diebus conuiuia iucundissime celebrant, his peractis Ro-

landus digressum facit ab amicis & consanguineis, suisque reddens comitatus proficiscitur in Angelicæ disquisitionem, Oliuero & Orillo stipatus, qui dum sic iter agunt, procul in mari Euxino prospiciunt puellam in medijs maris rupé ligatam, feroci draconi expositam, equorú velocissimo cursu properant ad illud spectaculum, quibus obuiam exiens rusticus cum terrore enarrat, quomodo puella illa sit filia regis Prusadi Bithiniæ quaque de causa opposita fuerit draconi in medio maris, hæc audiētes ad littus festinant maris, pugnant cōtra Belluam, quam Rolandus interficit, eripitque puellam. Interea accedit rex Prusias pater puellæ, & multi principes, qui ingentes grates Palatinis referentes eos & puellam eximio iubilo, & solennitate in nauigijs & curribus vehunt, vsque ad urbē Calcedonem, vbi multi ludi equestres, & magna fiunt festa.

A L L E G O R I A.

Svb persona Rolandi interficientis Gridasum intelligitur, virtute præditus, & fidelis, qui vincit mundi Elenchum siue apparatus, sub figura gigantis vehentis in mōstro, cuius galea eminebant septem flammæ ardentes qui iruebat

*l. mundi
faustum.*

bat in Rolandum, intelligitur, Sathan equitans in superbia, qui videns hominem victorem contra mundi apparatus vehementiore tentamento septem peccatorum irruit sub figura mostri quod motu caudæ deturbauit Rolandum terræ, intelligitur, hominis imbecillitas, qui sine diuina ope minimo tentamento diruitur. Sub persona Angeli custodia eripientis Rolandum ex immani illo mostro, intellige, auxilium diuinum opportunè subueniēs homini recta operari, quoad eius fieri potuerit, sub persona Orilli insuperabilis qui quantumcutique dilaceratus semper idem & integer reuertebatur, intellige tempus, quod tametsi à sapienti diuidatur in puncta, minuta, horas, menses, annos, continuum est, & diuturnum, nec potest superari ab homine nisi mediante virtute, quæ sub figura annuli Angelicæ intelligitur, sub persona Rolandi Orillum coercentis, & à paganismo vindicantis, intellige fidelem, qui non sinit tempus fallax & momentaneū in delicijs & voluptatibus transitorijs præteriri, sed virtute & religione, & salubri doctrina, sub persona Dorothee filie regis Bithinæ, quæ in medio fluctuum maris ligata stabat deuoranda draconi, intellige animam humanam, quæ in medijs fluctibus concupiscen-

tię & vitiorum, & tumultuū huius sæculi detē-
ta proxima est, vt ab inferno deuoretur, ceterū
medijs tribus virtutibus Theologalibus eripi-
tur, nimirum Fide, Spe, Charitate, sub persona
Præfatis regis eius patris, intellige, Iesum
Christum regem æternæ gloriæ, qui
animam à vicijs & peccatis libe-
ram in cælum transfert.

LYRAE HEROYCAE LIBER SEXTVS.



*Nterea fessus linoquit sua plaustra Bootes
Auroræ aduentu, quando Milionius heros,
Iam vasti luci peragratis finibus, omnem
Insomnem ducens noctem, Galafronida lustrat.
Gridasso & casu sese offert deniq; regi.
Qui simul Angelica vt fallax eluserat illum
Anxius errabat luco, ad vestigia queq;
Attendens, nunc Angelicæ ratus esse decoræ,
Nunc aut herois qui auratæ cuspidis hasta
Deturbauit eum terræ mentitus amictu
Virgineum vultum, impubem niueumq; colorem,
At procul auditis Rolandi gressibus anceps
Rex Gridassus eum contra mox constitit alto*

Compara-
tio satis ele-
gās Gridas-
si ruentis
in Rolandū

Et

Et nitida arma viri speculatus vertice montis.
 Ut Leo cum visam ad capream, tenerumue iuencum
 Erectis parat ire toris, paulumq; moratur
 Incautum rapturus eum, sic se aptat in hostem
 Iam prope adherentem Maurus, deinq; obuius exit,
 Atq; ita ait, turgens furijs, ob nempe ruinam
 Hesternam, nec non & equi, armorumq; suorum
 Ob raptum, scelerate nimis mage furq; maligne
 Hac quid me tota spectris vis nocte dolosis
 Decipere, & fratus equum, mea fulgidaq; arma,
 Vix ea fatus erit subito cum corripit ipsum
 Rolandum, ex alis medium per corpus, utraq;
 Comprimit atq; manu, haud (inquit) tua carmina contra
 Me poterunt ultra, tua nec mihi spectra nocebunt
 Amplius, euitare necem fur pessime diram
 Neue cauere vales, hac dicens robore toto
 Deturbare virum conatur funditus imam
 In foueam, improuisus vbi iam forte ruisset
 Rolandus, tanto impulsa nisi concitus hostis
 In caput ora super cum mole incumberet omnis
 Corporis, immitensq; suis nisi viribus illum
 Cogeret, vsq; adeo sibi quod cito cederet amplo
 Pone satis spacio, genibus nutantibus audax
 Gridassus, pariter praecuto qui impiger ense
 Educto, Milione satum contra irruit acer.
 At Rolandus vti vsus atrox qui vincla coloni

Alias luc-
 da.

*Insidiantis ei euasit furia ardet acerba,
 Vestigatq; hostem hac atq; illa parte latentem.
 Haud secus in regem Gridassum Aglantius heros
 Irruit, atralocum nec probuit ira rogandi
 Quis foret, aut fortasse virum quem quæreret ille,
 Quin adeò violento ic̄tu super irruit hostem
 Vt in alio corpus diuenteret omne, tyrannus
 Interiisset ibi, sua nempe erat vndiq; valde
 Armatura leuis, nimiumq; acerrimus ensis
 Rolandi; qui non omnino perdidit ic̄tum.
 Forte Oleaster erat iuxta certamen amaris
 Luxurians folijs, truncoq; insignis ab annis
 Pluribus, ad quem audax lucta Gridassus omissa
 Venerat operiens gladio imperterritus hostem.
 Ergo Palatini rarissimus ensis adh. est
 Arboris in trunco, quem dum fortissimus heros
 Nititur obnixè diuellere non minus ira
 Quam prius ardescens rex Maurus sperat & hostem
 Stans quoq; mole sua, nec se dignatur iniqua
 Percutere arte hostem, quamuis furibundus & atrox.
 Ast vbi diuulso Rolandus ab arbore ferro
 Egregium pagani animum cognouit & altam
 Virtutem, placidis compellat vocibus illum
 Quisquis es o generose nimis fortissimeq; heros
 Qui tua, equumq; simul, queris tam feruidus arma
 Siste gradum? nobisq; indigna prorsus ab ira*

Gridassige
aerositas.

Desi-

Desiste? arma quidem tua nec sum quadrupedantem
 Furatus, magico ve tuos phantasmate sensus
 Decipio, ut reris, Milionis natus & una
 Illustris Bertæ Carli de stirpe sororis
 Sum Rolandus ego, non mundi incognitus oris
 Cum quo si perstas ceptum finire duellum,
 Furtiva arma prius tua, nunc quaeramus, equamq;
 Tum non disparibus poteris contendere in armis,
 At liceat mihi nosse tuum iam nomen & una
 Unde venis oras quæve huc te occasio tandem
 Appulerit, ne me tanquam reputaveris hostem.
 Gridassus steterat Rolandi nomine paulum
 Audito, sibi saepe diu ad certamen & arma
 Optati, quem etiam Almontis gestamine novit
 Patris, amici olim nec non atq; eius, ab annis
 Ætatis teneris, quare commissa dolore
 Ira cœgit eum sic respondere loquenti
 Aglanti domino, quid me tibi reddere amicum
 Hostis acerbe paras? tibi rege Almonte perempto
 Cuius nunc Quartele geris galeamq; nitentem?
 Ad ceptam quin te pugnam nunc viribus apta.
 Omnibus ipse tuis, me contra si tibi possunt
 Sufficere, & causas quibus euitare duellum
 Hoc valeas, timidus desiste innectere verbis.
 Scilicet armatura levis pro nempe salute
 Sollicitat nostra te valde, ego fortia parvis

Quartele
 gestamen
 erat Almontis
 quod
 Rolandus
 ut palmam
 gerebat.

Arma

*Arma armis spoliabo tua, haud tua iure vocari
 Haec possunt, Almontis enim prius illa fuere,
 Iustius & melius quae nunc suus induet arma
 Sanguine confinis, nec non & charus amicus
 Gridassus, qui sic fatus rotat impiger ensem
 Fulmineum contra Rolandum iamq; ruentem
 Erecto Durlintino, scutoq; trilici
 Complexo, qui sic venientem sauciat Afrum
 Conuerso gladio supra caput eminus altum,
 In terram vt ferme proiecerit, illico Turcha
 Semianimis nisi se nutantem forte leuasset
 Et geminis manibus, clypeo post terga relicto,
 Corripuens gladium tanto ferisset ab ictu
 Rolandum versus dextrum latus igneus ira,
 Vt nisi cantatus thorax foret ocyus illa
 Traderet hora animam. si sic stupefactus ab ictu
 Redditur Aglanti dominus, quod perderet ensem
 Immemor ipse sui, sed non cadit attamen heros
 Omnino in campum, subito quin ante tyrannus
 Seriace quam alium geminaret funditus ictum
 Quod citius reperit saxum ingens in caput eius
 Impulit, haud errauit enim, cum corpore toto
 Si stupidum prostrauit eum, simul atq; leuauit
 Durlintinum, hosti innitens, ita fatur & illum,
 Dic vbi nunc Gridasse furor tuus ille tremendus
 Ira vbi tanta manet, quo magna superbia tandem*

Gridassus
 vincitur.

Vanuit

Vanuit vsq; ad cœlo velox & inulta per auras?
 Disce Deum reuereri, indigno parcere q̄ vna
 Disce odio, nec non etiam maioribus armis
 Cedere, nunc quas legisti vasa nus & amens
 Da merita mortis pœnas, i Tartara dira,
 Hæc fatus galeæ dum abscindit abenea vincula,
 Scissurus caput hostili ex ceruice cruentum,
 En subito apparet monstrum fatale coruscans
 Lumina, & exacuens dentes canis instar acutos
 At sat maiores, medioq; in pectore vasto
 Os, vnde stygias flammæ radiabat, habebat
 Immensum patulum, cornu sublime gerebat
 Vertice supremi capitis, duo cruraq; tantum
 Ante duasq; manus prælongis vnguibus hirtas
 Ferre videbatur, pro posterioribus vnam
 Cruribus insignem caudam qua colla simulq;
 Verberat & corpus, spinis horrentibus alas
 Fert ad vtrumq; latus tetri thoracis & ampli.
 Illius in dorso vehebitur vir corpore vastus
 Omnino armatus validam vibrando bipennem
 A cuius galea surgit iuba flammea septem
 Diuisa in cristas: quod vbi mirabile monstrum
 Aduentare gradu celeri Milionius heros
 Eminus inspexit, subitus stupor occupat artus.
 Ocyus & terra se concitus hoste relicto
 Elevant, & calum aspiciens ita fatur ad ipsam

Mirabile
 monstrum
 apparet Ro-
 lando in fa-
 uorem Gi-
 dalsi.

Monstrum
 hæc ænig-
 maticè in-
 telligitur
 superbia &
 gigas su-
 peruehens
 Sathan.

Oratio Ro-
 landi ad
 Deum.

Recto-

Rectorem summum supplex, pater optime nobis
 Qui miseratus opem misisti nuper ab alto
 Æthere contra Agolanta, suum natumq; superbum
 Almontem, nec non Mambrium, vnaq; Balanum,
 Et desiderium, reges aliosq; feroces,
 Nunc quoq; rege tuo pro nato, aeternae creator
 Sanguine sponte suo qui nos à morte redemit
 Perpetua, tanti me horrendi gutture monstri
 Eripe, contra equitemq; Sathanem suffice vires.
 Dixit & in monstrum sese erigit ocyor Euro
 Cum furit, & secum oppositas rapit impete cautes
 Roboraq; euellit, proceras frangit & ornos
 Non secus Aglanti dominus monstra horrida contra
 Fertur vt atq; leuem stipulam rotat acer & audax
 Durlintinum enssem conans fera guttura monstri
 Scindere, at immani cauda sic verberat enssem
 Bellua, motoremq; vna, quod forte ruiisset
 In tellurem amens subita vertigine raptus
 Rolandus, nisi ei custos suus Angelus omnem
 Illustrando locum diuino numine, praesto
 Effet ei, visis subito caelestibus armis
 Horrendum stridens nubi se immiscuit atræ
 A leua monstrum, voces effundere visum.
 Qualem quassa super scopulos maris vnda leuauit
 Multa sonos, quid me vltra (inquit) tua munia, tantum
 Angele persequeris? non hoc tibi numine ab alto

Aglanti do
 mius. i.
 Rolandus.

Rolandus
 defenditur
 à monstro
 ab Angelo
 custodia.

A maris su
 stu compa
 ratio.

Concessum? Rolandus erat nunc iudice celfo
 Permittente meus, manibus nisi nequiter illum
 Eriperes nostris cum tanta mole ruendo
 In nos & nostras legiones, tempus at vllum
 Expectamus vbi non possis amplius illum
 Eriperere è nobis, nondum vox àere tetra.
 Exaudita fuit, quando concussa tonitru
 Terribili, terra pars magna fatiscere visa est
 Inq; suas fauces equitem exitialeq; monstrum
 Decidere innumeris alijs sufflantibus ignes
 Sulphureos, monstris stipatos, deinde repente
 Se iungente sibi patula tellure voratos.
 Ingenti stupefactus eo validoq; tonitru
 Rolandus cecidit, tremuerunt omnia circum
 Flumina cum ripis, Ligerisq; Ararisq; Garumnaq;,
 Ad Rhodani extremas oras, Rbeniq; fluenta,
 Cum Sequana rapido, tremuerunt oppida iuxta,
 Cum Scalde, intremuitq; Atalanti inferna superstes
 Pars tecti, cuncti cecideruntq; inde regressi
 Heroes, saltem Bradagmas, Galafroniaq; vna,
 Rugier, atq; etiam, reliqui Pariumq; quirites,
 B. llouaci Basij excelsa qui nuper in arce
 Astabant, stupidi qui omnes vehemente ruina
 Ocyus exurgunt missis sermone iecoso
 Colloquioq; quod inter eos erat atq; decoram
 Angelicam, & Bradagmanta, alias interq; puellas

Verbanō-
 stri Sath-
 nis ad An-
 gelum.

Monstrum
 in profun-
 dum ruit.

Quæ

Que simul incolames Atalanti ex aede locos hos
 Venerunt tandem arma sua & quoq; quadrupedantes
 Inscendunt coniux Bradagmantis Rugier, vna
 Clarus Oliuer, itemq; Astolphus cumq; decora
 Angelica Bradagmas qui opus ob pietatis agentes
 Hospitibus grates arcis, reliquisq; puellis
 Tristibus obstupidisq; etiam vehementer atroce
 Ignoto & casu, atq; etiam terrore, recedunt
 Promisso celeri reditu, & qua fumida cernunt
 Et loca tetra gradu celeri, vestigia firmant,
 Semianimemq; via inueniunt tellure iacentem
 Sanguineq; inspersum fundentemq; ore cruorem
 Magna cum gemitu heroem, qui nuper acerbe
 Cum Milione sato pugnavit, hic arduus armis
 Rex Gridassus erat, sed eum, cum forte sonoros
 Bellantum strepitus & equos corybantiaq; era
 Eminus audirent (quamuis pietate iacentis
 Commoti) ad loca praetereunt, vbi, causa tumultus
 Bellum erat horrendum, Gryffonq; Aquilasq; feroces
 Daves vsq; etiam, pugnabant fortiter ingens
 In Turcharum agmen, qui quamuis vndiq; caesis
 Hostibus innumeris, crescenti milite multo,
 Desiciebat eis virtus, audacia verum
 Sufficit atq; animus vires sibi deniq; seisis,
 Illic namq; aderat renouans certamen Orillus,
 Qui solito lacerum reparabat robore corpus.

Gryffontis
 & Aquilan
 tis certame
 cu Orillo.

Orilli traf
 mutatio.

Fatifer, inq; vicem lacerus sua membra traherat
 Scissa sibi, argenti veluti cum portio viuis
 Vnit se relique moli, non secius artus
 Ille sibi scissos vnit, crebroq; vigorem
 Innouat amissum, dein vt videre potentum
 Fratrum, Danesiq; etiam mortale periculum,
 Concurrunt Palatini omnes, & fortis Oluer,
 Precipue cernens natorum instare suorum
 Exitium, acceleratq; hasta Dordona virago
 Fatali, bella Angelica prope valle relicta.
 Donec forte foret bellum nemorale peractum.
 Congressu primo multi cecidere perempti
 Paganorum equites, cecidit monstrosus Orillus
 Impulsus Fatali hasta, qua perdidit omnem
 Vim, presente suo renouandi in corpore membra
 Viribus & virtute sua frustratus Orillus
 Et prostratus humi horrenda replet athera voce,
 Obstupidusq; nouo casu, se miscuit inter
 Agmina Turcharum, cuneum densumq; suorum.
 Aduentu heroum vires geminantur & ausus
 Gryffonti, & fratri, domino Dacumq; potenti
 Ogiero, pignant qui adeo vehementer, & vna
 Denuo qui venere viri si mille peremptis
 Hostibus effugiant subito reliqua agmina, Orillo
 Cum ductore suo, nemorum deserta per ampla.
 Armorum ad sonitus vt somno excitus ab alto

Orillus in
 presentia
 Bradagni
 tatis perdit
 suam vim
 se transru
 tãdi ob ha
 stam incan
 tatam quã
 illa gere
 bat.

N Rolan-

Rolandus surgit, nec enim certamine tanto
 Longe erat, adq̄ suos stupidus festinat amicos.
 Qui iam victores alia pro parte redibant
 Cum bella Angelica, nempe inter praelia & enses
 Inconspicua oculis fuerat versata virorum,
 Querentes regem Gridassum quem ante cruentum
 Inuenere via; sed non apparuit usquam.
 En tamen armatum heroem se vergere contra
 Prospiciunt equitem, qui vultu Aglantius heros
 Esse videbatur certe hic erat ille superbus
 Falsirone satus qui, ubi iam certamen omisit
 Quod cum Rolando luco crudele gerebat.
 Angelicam visam sectans, reperireq̄ nusquam
 Sape valens, Briadoron equum, quem Aglantius heros
 Arboris ad truncum liquit, religauit, & vna
 Letus eum subijt tandem Galasfronida bellam
 Obuius accedens nosset, velut ante, uehentem
 Cū Bradagmante in equo, contra Bradagmāta currebat
 Et ratus esse virum furys accensus & ira
 Zelotypus sic fatur eam, vir quisquis es audax
 Qui satis indigne tecum fers atq; licenter
 Angelicam, mihi sponte statim dimitte, nec vlla
 Sit mora, nec differre velis incomis & vna
 Plus petulans, ne forte necem patiaris acerbam
 Tuq; tuq; simul comites, cui bella Bradagmas
 Subridens, verum socijs stridentibus ira,

i. Feragu-
 gus.

Feraguti
 Hispani in
 solacia,

Respon-

Respondit, tibi iure meam non tradere possem
 Vxorem, mea enim est quam nunc hic aspicias vxor,
 Attamen hac illam tibi conditione libenter
 Tradidero terra si me prostraueris equo
 Congressu, verum si te prostrauero victor
 Vt mihi quadrupedem Briadorum sponte relinquant
 Quem mox possideat Galafronia, nec tuus iste
 Est Briadorus equus, veluti nec bella puella,
 Annuit Hispanus dictis iraq; pepercit
 Angelicam propter bellam virtute duelli
 Iam ratus esse suam, positi ratione q; pacti,
 Atq; ad certamen spacium dimensus in agro
 Quod satis esse sibi vidit ruit horridus hasta
 In Bradagmanta sua que non minus obuiat hosti
 Fortiter, ante, sibi postquam data copia gnaro
 Sponte viro fuerat, primis congressibus acer
 Occidit aurata Feragutus saucius hasta
 Casu ingente super saxum qui redditur amens
 Obstupidusq; diu Briadorum dum capit ipsum
 Ex ioris Bradagmas, bella tradit q; sodali
 Angelicæ, que narrat vt i Rolandus aberret
 Incolumis per agros, per lucos, per quoq; sylvas.
 At postquam audierat Rolandum errare per illos
 Forte locos, querunt citius, Rolandus & illos
 Inq; vicem, tandemq; Afris dein obuius exit
 Et quoq; Orillo, hostes qui diuos atq; Machonem

Briadorus
 generosus
 Rolandi
 equus.

Hispanus
 Feragutus.

Saepe vocat, & pennitq; illorum numen inane.
 Hostiles turmas noscens Auglantius heros
 Nocte instante nimis fessus certamine vasti
 Atq; errore loci Maurum se sponte loquelis
 Dissimulans socium eoo sese addit Orillo.
 Quem sic insensum, verbis solatur amicis,
 Donec ad oppidulum Rhodani trans littora magni
 Venere, hospitiumq; nouum cepere, refecti
 Atq; epulis tandem, placido dant membra sopori,
 Rolandus per se hospitio, & quoq; Orillus in vno,
 Quo possunt meliore loco gens caetera lectum
 Sternunt, & plagis vinoq; oleoq; medentur
 Saucij, & impositis stupis humentibus ouo.
 Dum sic Rolandum, vestigant Rugier, vna
 Et coniux, nec non virgo Galafroia, fortes
 Deinde Palatini, exiguum venere succellum
 Religionis vbi studio gens dedita castam
 Vnebant vitam, heroas moderator Amancius
 Hospitio grato iucunda & menterecepit.
 Adueniente die interea noctisq; fugante
 Tempora Lucifero somno excitatus ab alto
 Rolandus, prius hosti esset quam notus Orillo
 Quarteli & Gallis insignibus, illico lecto
 Exilit, induiturq; suis fulgentibus armis,
 Applicat atq; ensen lateri dein atq; ita fatur,
 O qui deceptus fallacibus atq; nefandis

Oratio qua
 Rolandus
 laudet Oril-
 lo vt reci-
 piat sacru
 baptismu.

Dijs pagane tuis, Christi vis perdere fidum
 Electumq; sibi populum, quem missus ab alto
 Patre Deo celi, & telluris, morte redemit
 Pro nobis à Iudeis conuicia passus
 Plurima, adusq; necem, scelerati fraude ministri
 Traditus ipse suæ spontis sic, agnus vt insons,
 Qui postquam è tumultu, fuerat quo conditus, uno
 Surrexit, patrumq; animas eduxit ab orco
 Et patris ad dextram sedet aternusq; sedebit,
 Posteriore die iudex descendet in orbem
 Omnibus vt reddat factorum digna suorum
 Gentibus in propria rediuiuis carne priore.
 Huic, opus esse tuæ vitæ, pariterq; saluti
 Credere non dubites, sacrati gurgitis undas
 Suscipiens, viuas vt secula cuncta perennis.
 Secius ipse scias quod sum Milionius, iram
 Qui prohibebo tuam ex paruo hoc fidoq; popello,
 Quem spoliare paras cras, atq; occidere ferro,
 Præterea in fontem vlciscar, quem tu ante cruorem
 Fudisti, cum gente tua, sine iure potitus
 Cesorum exuuijs, vxoribus, atq; puellis
 Feruidus his dictis nec non stupefactus Orillus
 Rolando audito, vocat amens arma, virosq;
 Nempe suos primos comites, quos limine in ipso
 Rolandus necat, armaq; (ait) tua per fide sume
 Et gladium, in lecto nisi vis suis instar obire,

Suadet à
 pramij æ-
 ternitate.
 Suadet à
 pœna finalitatis
 tanquã
 vito incre-
 dulo & inf-
 deli.

Cetera in armaruit gens tanto excita tumultu.
 Ad ducis atq; domum concurrat, at impedit ipse
 Durlintino aditum nec plus expectat Orillum
 Induere arma, foras sed multo sanguine fuso
 Ocyus egreditur, fugiunt quem protinus hostes,
 Sicut oues in monte lupum, ceruicem leonem.
 Turbidus interea, & sociorum caede suorum
 Ira odio flagrans ex aede armatus Orillus
 Egreditur, contraq; hostem ruit & rotat ensem
 Fulmineum aduersus quem non minus obuius exit
 Aglanti dominus vibrans velociter ensem.
 Irrueret qualis Mauors aut qualis in acrem
 Hectors Pelides Patrocli caede cruentum.
 Talem se gestat contra Rolandus Orillum
 Suscipiens clypeoq; hostis fortissimus ictum,
 Discoopertum armum, dextramq; ensemq; vibrans
 Durlintini, humili velox equauit arena.
 Extemplo abscisso lateri ferus vnit Orillus
 Brachium, vt ante redit totos atq; integer artus
 Irritansq; nouo socios clamore pauentes
 In Milione satum densis ruit ictibus, vna
 Cum socijs iterum reuocatis, sustinet ictuum
 Tempestatem heros Aglantius, vtq; sagittis
 Irritatus aper, iactatis vndiq; densa
 Venantum turba, nunc hos, nunc protinus illos.
 Dentibus insigit, nec non fugat, haud secus alti

Collatio ab
 Achille &
 Hectore.

Ab Apro
 collatio.

*Ille nepos Carli, sat crebris cadibus hostes
 Effugat, & campos cum multa strage cruentos
 Reddit, vbiq; viris caesis, tum semper Orillus
 Carmine se instaurans, ictus, plagasq; frequentat
 Astira, nec non furijs, Aglantius heros
 Excitus arte noua belli fatalis Orilli
 Durlintini vno ex humeris caput abscedit ictu
 Hostis, & arripiens dextra iaculatur opacum
 Eminus in lucum, sed truncum corpus vt ari
 Se sine tactu vnit magnes, sic se vnit & vna
 Abscisso capiti & renouat velut ante duellum.*

Ex Aristo
 coliaro
 sumpta.

*Ecce autem Angelica ex medio dilapsa virorum
 Francorum ob spiram nulli spectabilis vsquam
 Aduenit, & celeri Briadoro aduecta propinquat
 Horrendam ad pugnam, Rolandi atq; acris Orillo,
 Aduentu Angelicæ sibi deesse videbat Orillus
 Virtutem insignem renouandi saucia membra
 (Dixi etenim coram spira maga nulla vigere)
 Deficiente iterum stupido solertia Orillo
 Et laceros artus, & saucia quæq; nonandi
 Corruit extemplo, Rolandi ante ora precatus
 Suppliciter veniam in terra prostratus inermis,
 Sacratosq; petit latices spiratus ab alio
 Atere nonnunquam certè Deus allicit ad se
 Sontes infandosq; viros fretosq; nociuis
 Artibus inferni ditis, per vulnera clades.*

Impius nõ
 nunquam
 finita & tẽ-
 porali pœ-
 na purgatus
 se cõuertit
 Deo.

Orillus
Christianus
efficitur.

*Ast hæc interea dum fiunt mergitur vna
Fontibus in sacris vt sit Christianus Orillus
Omni gente sua, en cum coniuge Rugier hæret
Cum geminis natis validis, & marchio fortis,
Anglius Astolphus, necnon Danesius heros.
Accedunt omnesq; simul Milione creatum
Amplexantur, eis ni nium res mira, fuisse
Iam famulum Christi, quem vna amplectantur, Orillum
Dei mensas, hilari vultu, lituisq; canoris,
Necnon dulce liris resonantibus, atq; choræis.
Libis atq; epulis onerant, letiq; recumbunt.
Sic tres atq; dies celebrant conuiuia leti
Ob nouum Orilli animum, se etiamq; hac parte repertos
Cum duce Rolando memorant, cui sponte roganti
De Angelica quo sorte modo sibi iuncta fuisset
Arce boni Bostj, & Bradagmas prostravit arena
Ex Briadoro equitem Feragutum, & fugerit vna
Angelica in celeri Briadoro nullibi visa
Amplius, aut ve reperta sibi, Milionius heros
Audita Angelica pene exanimatus amore
Occideret, cunctis vt iam suus agnitus esset
Ignis amoris edax, animum tamen illic nactus
Vix celare suos potuit quibus vritur ignes,
Quæreretq; Albanum pro quo satagebat & eius
Fratrem se velle insinuat, magis attamen ardet
Pro bella Angelica quam etiam se velle videre*

Alban. i.
Rinaldum.

Dice-

Dicebat Briadorum vt equum reperire valerēt,
 Interea postquam summi de more Tonantis
 Diuina audierant arisq; hausere liquores
 Sacratosq; cibos, Christi cum sanguine corpus.
 Cum duce Olinero necnon stipatus Orillo
 Rolandus, varijs oras parat ire Richartum
 Albani & montis dominum reperire valeret,
 Ogierum vero, & Bradagmanta, suumq; maritur:
 Rugierum, & geminos fratres, Aquilanta decorum
 Gryffontemq; onerat curis, ad castra redire
 Carli & Leucoteam secumq; adducere Alardum
 Et Richiardetum, Albano de monte procurent
 Melgissumq; etiam, mæstos pro Ammone creatis,
 Nec, dum germanos lustrant dent hostibus ausus
 Circundandi iterum Carlum, quos non minus ipse
 Vestigauit adhuc Brithomarta, vnaq; Tyrantum,
 Tergyrum admoneant, cum Carlo stare nec vrbe
 Egrediantur eum quærentes, deniq; castris
 Leucoteæ operiantur (ait) super omnia bellam
 Tota mente Aldam comrendat sæpe parentem,
 Rinaldiq; Beatricem, pariterq; decoram
 Clariciam vxorem, queis sint solatia mæstis.
 Hæc fatus, cunctosq; simul complexus amicos,
 Miliaci partem gentis demisit Orilli
 Oppidulo, partem reliquam dimisit amicis.
 Rugiero saltem, qui illos admittat in vrbe

Massilia donec fortasse occasio belli
 Virgeat, Aglanti domini, tum deniq; maesti
 Propter iter, propterq; absentem nec minus vna
 Rinaldum, fratremq; eius, nequeunte fluentes
 Ex oculis Bradagmante suis cohibere maddres,
 A se discedunt per gratis mutua verbis
 Brachia se circum voluentes, chara vicissim
 Per colla atq; humeros, at equo meliore cateruas:
 Qui potuit reperiri inter Milionius heros
 Electo, si nullum alium persape rogatus
 Admisit, Rubicantem etenim dabat inclytus illi
 Rugier, atq; suum reliquorum quisq; quiritum,
 Per nigram it syluam fratre, & comitatus Orillo,
 Prætereunt dum ergo nigrae confinia syluae,
 Postiter oblongum, summi de vertice montis
 Eminus inspiciunt vicini ex æquoris vndis
 Monstrum exire horrens, celsumq; ascendere velle
 In scopulum, forte esset ibi sibi præda parata,
 Et passim fremitus, lefus, resonantia quædam
 Murmura præcipiunt, subiti prænuncia casus,
 Dum magis atq; instant, in voces murmura crescunt
 Fœminei crescuntq; vlulatus, vallibus imis
 Vix lapsi quanquam nec iam mare ne de stupendum
 Prospiciunt monstrum, celeri tamen ecce videtur
 Festinare gradu, stupidus vir rusticus, omnis
 Et tremulus, quem sic pauitantem Aglantius heros

Rubicans
 equus Ru-
 gieri.
 Sylua ni-
 gra.

Rolandus
 & socij pro
 spiciunt à
 longè mō
 strū quod
 in mari Eu
 xino vult
 vorare puel
 li vinciam
 è rupe me
 dij maris.

Alloqui:

Alloquitur, vir siste gradum pavor omnis abesto
 Dic, adeò magnus quis sit ferus atq; tumultus
 Qui resonat? quidve ipse paues tam fortiter horrens?
 Cui vix respondit tremulo sic rusticus ore
 Prestabit tibi quisquis ades, vir clare, duobus
 Et socijs, celeres retro conuertere gressus.
 Scito quod vna ferox, immanis bellua vasta
 Turris vti, Euxino veniens à littore ad ista
 Littora, septenas auido vorat ore quotannis
 Fœmellas, quarum è numero nunc rupe ligata
 Ad mare sorte manet pulcherrima filia magni
 Prusiadis regis Dorothea, occasio tanti
 Creditur exitij, quod rex Andronius olim
 Huius regis auus, valde sceleratus & amens
 Vxorem bellam Theodoram fraude tyranno
 Vendiderit Phario, nimis execrabile factum,
 Inde dies multi non præteriere, nefandum
 Post scelus hoc, monstrum quin exitiale veniret
 Has oras, truculentum istud, quod cuncta vorabat
 Et pecora atq; homines, donec qui his magnus in oris
 Tum rex regnabat coram omnipotente precatus
 Supplice cum populo veniam, decerneret anno
 Quolibet horrifico monstro dare corpora septem
 Prima puellarum, sortita per oppida cuncta
 Bithyniæ, casu cecidit fors annua tandem
 Chalcedone, super nata maiore potentis

Rusticus
 narrat Re-
 lando & so-
 cijijs quod il-
 la puella il-
 lora & ex-
 posita dra-
 conis in ma-
 ri sit filia
 regis Pru-
 siadis Bithy-
 niæ.

Prusia.

Narratio ca
sus.

Prusiadis regis, quae nunc in rupe suprema
 Ad mare vinc̄ta manet seuo comedenda Draconi,
 Regia nunc omnis gemitu luctuq; fatiscit,
 Inq; vicem populus, tam bellam flendo puellam
 Tamq; infelicem, nunc pastor, nuncq; colonus
 Effugit omnis agris, atrox atq; horrida suescit
 Bellua vasta, prius quam ad praedam accesserit omnes
 Ore vorare viros reperit quos proxima iuxta
 Littora, & inde sitam rupem maris intus in vndis
 Ascendit, vinc̄tamq; illic vorat ore puellam,
 Multi è nauigijs Bitbunyijs, qui æquor ob oris
 Hoc secuere, procul spectant tam immane piaculum,
 Præcipue proceres è Chalcedone propinqua
 Urb: viri, pater infelix vbi virginis huius
 Præsidet, & sceptrum regione Propontidis omni
 Obtinet, hæc nec plura vltra pauido ore locutus
 Rusticus ille gradu solito fugit auius agris,
 Nec remorari illum placidis potuere loquelis
 Amplius heroes, vt secum vellet adire
 Monstraturus iter, citius quo accedere possent
 Ad mare vicinum, qua parte erat horrida valde
 Bellua, tandem Euro celeri velocius omnes
 Quo maiore queunt concurrunt impete equorum.
 Ante celerq; alios heros Milonius altum
 Aduolat atq; feram reperit iam scandere rupem,
 Stabat vbi fuluos crines dispersa per auras

Regia

Regia virgo niui similes nudata lacertos,
 Exanimata atro coram monstroq̄ tremendo,
 Aduentum equitum strepitu, truculentareuertit.
 Ora, biceps monstrum, geminum quod forte vibrabat
 Os vtrinq; patens, immanibus vndiq; mille
 Dentibus insertum, capita at præuastarecuræ
 Esse videbantur fornaces, lumina nempe
 Oraque sufflabant ignes, at cætera moles
 Corporis, instar erat lati sine acumine montis
 D^e flexis retro pedibus, manibusque duabus,
 Irruit in Milione satum velocior omni
 Turbine, qui obscuros & magna tonitrua, nimbos
 Præcedit, dupliciq; virum sic ore vorare
 Se putat vt catulum tenerum Leo monte repertum,
 At Rolandus equum nequiens retinere pauentem
 Neue suos socij conspecto horrente dracone
 Exiliunt cito, & ore pio Milionius heros
 Trinum sæpe vocans, atq; vnum numen adorans,
 Hasta ingente ruit contra fera guttura monstri
 Iam liquentis aquas, & iam vada sicca tenentis.
 Pectoris in medium squaminosi fortiter actam
 Discutit autorem nullius vulneris hastam
 Monstrum, squama etenim plus omni dura metallo,
 Ex violento ictu nullam vim passa videtur.
 Quin simul ora mouens numerosis dentibus atrox
 Bellua, in Anglanti dominum fors corpore Orillum

Immanis
 Draconis
 descriptio.

Cor-

Solertia
magica
Orilli qua
te tuebatur

Corripit ex medio laceratq; immaniter illum.

Ille tamen solita corpus nouat arte secatum,

Et laceros artus vnit sibi seminoratos.

Haud mora Durlintinum heros Aglantius horrens

Euibrat in monstrum, maxillas scindit & oris

Quo glutire virum rabie conatur acerba,

Saucius hoc letali ictu draco perfonat ore

Horrendum, reliquo, Rolandum & corripit omnem

Per thoraca, suisq; adeo vehementer acutis

Dentibus infigit, quod in fatalia prorsus

Ipsius arma forent, nullo penetralia ferro,

Interisset ibi Brauij fortissimus heros,

Sic reprimebat enim stricta fera saucia bucca

Transuersum corpus, valido stridore repletet

Littus ut omne, graui simul atq; ingente susurro,

Faucibus obstructis Rolandi corpore vasto

Percutiebat eam nitido mucrone Vienæ

Rolandus
ore draco-
nis tran-
sus eum in-
terfecit.

Marchio, conflictu tali Milionius heros

Ingentis latus omne feræ, & simul illa fodit,

Vtraq; nempe manus, nec non caput atq; erat extra

Guttur a fæua feræ, quæ iam moriendo cruentans

Omne plagis pelagus, fremitu super æthera lato

Horrifico, subito corpus procul impete iecit

Attonitiore viri, cecidit qui in sorte comantes

Semianimis segetes, cultos sine cautibus agros,

Interea occisum celsa de rupe puella

Bella

Bella videns monstrum, multis gratatur Olympo
 Vocibus ex hilaris, nec non heroibus, acri
 Saltem Rolando, qui non perterritus ima
 Surgit humo, nullo violatus vulnere, mirum
 Guttare qui saevo incolumis sic, oreq̄ monstri,
 Exierit, tandem fessos vestigat amicos
 Pone propinquant: scopuloq̄, vbi fixa tenetur
 Regia virgo haeret, distanti non nimis intra
 Euxini spumas, quam sic ex litore fatur
 Rolandus, caeso figens vestigia monstro.
 O virgo genere illustris, suprema decore
 Pone metum, grate seq̄, Deo natoq̄, coauro
 Redde, dracone fero illorum virtute perempto,
 Huius enim tanti debetur gloria facti
 Prorsus eis, & spiritui qui regnat in vnum
 Numen cum geminis, procedens semper ab illis.
 His ergo tribus atq; vni summoq̄, tonanti
 Perpetuas grates agite & melioribus vltra
 Placate hunc meritis omnes sic fatus in altum
 Cum socijs salit exigua fractaq̄, biremi,
 Inuenta, scopulum celeres moxinq̄, propinquum
 Ascendunt, vinctam pariter de rupe puellam
 Absolunt, nunquam cessantem reddere grates,
 Et niuea asidue iactantem brachia circum
 Rolandi caput, atq; humeros, praëingente salutis
 Latitia, & tanti praelibertate pericli,

Rolandus
 pro dracone
 ne à se in-
 cerfecto
 Deo trino
 & vni gra-
 tias agit
 commendat.

Inte-

Interea longe iam talia mira videntes
 Ex ratibus vasto pelago dant vela, propinquant
 Et scopulo, multi proceres primiq; ministri
 Prusiadis regis, qui vbi sic reperere solutam
 Virginem & horrendum monstrum prope littus arena
 Occisum, manibus plaudunt ad sideraq; vna
 Exbilares tollunt voces, tres atq; salutant
 Sepe Palatinos, saltem super omnibus vnus
 Pulchrior atq; armis insignior, hic erat alti
 Germaniae regis Godofridi filius, oras
 Bithyniae magno venit qui excitus amore
 Virginis erepta, cupiens sibi saepius illam
 Vxorem, pro qua ludos simulacraq; belli
 Mensibus assiduis geminis non parua pararat
 Regifico luxu, sed tunc mox diua puella
 Sors cecidit, subito turbantur festaq; luctu.
 O quantos iuuenis passus fuit ille labores
 Tempore eo, quantos pariterq; in pectore luctus,
 O quoties tanto exitio se opponeret vltro
 Propter eam, si morte sua redimenda fuisset
 Virgo nitens, nunc letitiam vertuntur in omnem
 Planetusq; & luctus, ergo Germanius heros
 Brachia circum humeros voluens & colla virorum
 Celtarum, nec non fatalis & acris Orilli.
 Plurima amicitiae connectit verba, rogatq;
 De genere & patria, tandem lituisq; tubisq;

i. Aufonius
 filius Godo-
 fridi regis
 Germaniae.

Atq;

Atq; instrumentis variæ resonantibus, illos
 Et bellam regis natam rutilante biremi
 Secum vna recipit, resonat mare & vndiq; tellus
 Letitia, & festis, euentus nuncia tanti
 Incolumis natæ, venerunt regis ad aures
 Reginaq; etiam, subita qui protinus acti
 Letitia, surgunt terra cui fletibus ambo
 Hærebant, multis induti vestibus atris,
 Et capita inspersi cinere, ambigui tamen huius
 Tam fausti casus, nec certi prorsus, ouentes
 Et populum atq; suos cohibent, rex donec ab arce
 Egrediens stipatus equis, stipatus & armis,
 Obuius exiret letis venientibus alti
 Euxini ex ripis, qui se vidisse biremem
 Aduentare ferunt cum nata, heroibus vna
 Et tribus, immanem qui interfecere dracœnem,
 Inter eosq; virum duci magnum, atq; potentem,
 Cui datur horrentis monstri victoriæ cædis,
 His non ambiguus natæ rex ipse salutis,
 Gæstit ouans, equitumq; iubet se ludere coram
 Per campos densas turmas, currusq; parari
 Rite triumphales, lituis sonat omnis amœnis
 Æther, & adueniunt sonitus ad Bosphoron vsq;
 Et Bizantinos muros, rex ergo propinquans
 Natæ, & treis validis heroibus, atq; tyranni.
 Germani nato Ausonio, iam deniq; adeptis

Rex Prusia
des magna
cure Iztitia
natam reci
pit.

*Euxini portum, terræ se protinus ipsum
Quadrupedante iacit, natamq; amplectitur omni
Letitia, vestitq; illam fulgente lacerna
Intertexta auro, flammâsq; imitante pyropo,
Frontem ornat, caput & tenui niueaq; thiara,
Aurato & duci planstro iubet, illa profecto
Nazaræa, affertur, qualis turrita per vrbes
Europæ, virgo, quando celebratur in aluo
Concepisse suanumen, vel quando supremos
Ascendisse polos, sequitur tum plurima pubes
Euantum iuuenum, ducentum vnaq; choræas
Virginum, & ante sacrum simulacrum virginis ora
Inclinant, talis virgo Dorothæa per urbem
Chalcedonem agitur multa stipata caterua
Admirantum illam, tandem pater ore profatur
Sic placido, nata æquoreis exercita monstris
Nata tui patris & matris mors, & quoq; vita,
Viuis adhuc? inter vel somnia dulcis imago
Appares nobis? dira aut à morte redempta
Viva venis? dextra heroum quos misit ab alto
Omnipotens nuper? nec plura effatus amatæ
Oscula libauit nexæ inter brachia natæ,
Sæpe Palatinos plectens, & letus Orillum.
Qui simul auratum p' iustrum ascendere, tyranno
Sæpe rogati, armis positus Tyriasq; lacernas,
Atq; ostrum induerant, rex atq; ita fatur ad illos,*

Magna-

Magnanimi heroes, tuq; ô super omnibus euo
 Fortior in nostro tam seuo, atroceq; monstra
 Occisa, hæc dicens dextram capiebat inermem
 Rolandi, aduentus quæso nunc dicite vestri
 Tam mihi felicitis causam, genus & quoq; nomen
 Unde venitis item & patriam, num forte quirites
 Carli estis? nempe ille omni notissimus orbe
 Rinaldus, compar de sibi Milione creatus
 Aut Dudon, pater aut de acer, seu clarus Oliuer
 Aut Libyci heroes Rhotamons, Circasius ingens
 Quiq; estis? non pœniteat vos sponte referre?
 Cui sic Anglanti dominus (bene namq; sciebat
 Graiorum de more loqui) responderat, ô rex
 Maxime Bithyniæ, cuius virtute reguntur
 Iustitiaq; etiam, tot regna, tot oppida, & vrbes
 Finibus ex orbis longis gens extera simus,
 Atq; ignota locis istis, plus, dicere nostram
 Ignotum reputo, quam non ea dicere proffus.
 Partim etenim eoīs extremis venimus oris
 Et partim gelida ex Arcto, nunc præstet Olympi
 Reddere rectori grates pro munere tanto
 Incolumis natæ, iuuet indulgere hymenæis,
 Edic atq; etiam belli simulacra nouari,
 Et quocunq; anno fieri monumenta salutis
 Tanti operis, celebrate isto solennia semper

Rex adlo-
 quitur Ro-
 landum &
 focios.

Venitis &
 non veni-
 stis.

Rolandus
 suum & fo-
 ciorum no-
 men celat
 regi.

Festa die, dixit Milionis natus, & illi
 Cum rege assensere omnes, iuuenisq; superbus
 Ausonius crispabat amans qui hastile lacerto
 Ante puellam equitans, quasi iam certamen iniret
 Troianum, pro ipsa aduersus ruiturus in hostem.
 At rex, nec non heroes, & nobilis ille
 Germaniae princeps, cum pompa insigniter urbem
 Chalcedonem intrant erepta virgine ouantes
 Omni cum populo: recipit quos limine in ipso
 Regina, ornatis ostro stipata puellis
 Pluribus, atq; alia nata rutilante lacernis
 Gemmiferis, visae reginae ante ora ruerunt
 Poplitibus flexis natam obtulerantq; decoram
 Heroes, poscuntq; manus atq; oscula libant.
 At regina hilari, nec non vultuq; sereno,
 Ex tellure aequis cum ritibus eleuat illos
 Plexa diu incolumem natam, nunquam amq; relinquens
 Illam, deesse sibi semper per somniaq; vna
 Se retinere rata, at tandem cum vocibus omnis
 Euantis populi ante ipsos, regalia tecta
 Accedunt, celsasq; vna ingrediuntur in aulas,
 Argento, atq; auro, calatas vndiq; mire.
 Et picturatas vario, nitidoq; colore,
 Edocet historias varias pictura videntem.
 Illic certe aderant flauo constructa metallo
 Plura virum simulacra, illic nam Scipio victo

Certamen
 Troianū. i.
 ludus eque-
 stris.

*Hannibale astantabat capta Carthagine victor,
 Ex alia Curius spectatur parte Sabinos
 Qui superans, Pyrrhumq; simul contentus agello
 Vinit, & exiguo tecto, dum spernit inanes
 Diuitias, quas ex equo partitur in omnes*

*Illic Pompeius qui partis mille triumphis
 Aematis campis succumbit Caesaris armis,
 Exul & Aegypto Ptolomaeorege iubente
 Consilio atq; dolo nequam maectatur Achille.*

*Proxima ei contux titulis insignis auorum
 Cornelia astantabat pene exanimata maritum
 Cerneret hospitio grato non esse receptum.*

*Littoribus Pharijs iuxta victorq; triumphans
 Iulius astantabat, deniecto qui orbe, Senatus
 In medio plagis viginti ingentibus haustus
 Occidit, imperij sibi cum diadema pararet.*

*Cassius, & Brutus, primitam caedis acerbae
 Autores, illic gladijs stabantq; cruentis
 Cede noua, astant alibi superati milite multo
 Augusti, & Marci, proprijs se deniq; figunt
 Quis gladijs Iulij lacerarunt corpus inerte.*

*Dein diuisa tribus ducibus Romana potestas
 Discrimen rursus patitur, fit mutua cedes,
 Dictator Lepidus necat hunc, Octavius illum,
 Tullium ut interimat vindex Antonius ire
 Perpete quam mouit diuina Philippica saclo.*

Varia Ro-
 manorū &
 Graecorum
 imagines
 quae in re-
 gia Prusia-
 di sculptae
 erant.

Cum Cleopatra idem positis Antonius armis
 Effugit Augustum victorem naue per equor:
 Se tandemq; atro transfixit vulnere, demens
 Coniuge qui Octauia spreta, se maluit hostem
 Præbere Augusto, sedo deceptus amore,
 Quam charis hæere thoris, thalamisq; pudicis
 Coniugis, hæc etiam dum senecat. Aspidis ore
 Clam captiua iugo eripitur Cleopatra triumpho,
 Frustrari Augustus tanto indignatur honore,
 Tranquillo tandem dominatur victor in orbe.
 Ast alia gemini apparent in parte Catones
 Etq; auus, atq; nepos, ambo qui legibus æquis
 Romanam & sanctis ditauerunt moribus urbem.
 Virtutum exemplis quorum vnus censor ab urbis
 Romanæ imperio pellit, punitq; tyrannos,
 Absq; tumultu alter bellicum pace quietus
 Romanis sceptris hostilia subiugat arma
 Apparet Mariusq; illic, qui Marte superbum
 Exuperat regem Numidarum, nempe Jugurtam
 Qui cognatorum regnabat cæde suorum
 Iniusta, at Marium fugiens cadit inscius hostis
 In manibus Syllæ, Boccho tradente tyranno,
 Ad quem confugit eius se crederet armis
 Ipse idem Marius Sylla superatus ad undas
 Minturnas latet, vnde miser captiuus ad urbem
 Ducitur, indecorem sed eum de carcere Cinna

Liberat, atq; iterum plebis cum laude tribunum
 Efficit. at alibi apparet Lucretia pectus
 Fixa suo gladio, coram plorante marito
 Et patre, Tarquinas violarit nocte pudorem
 Quæstæ suum, merito vetitos cum casta negaret
 Concubitus, scelere & violenta morte peremptæ
 Coniugis excitus coniux ingente dolore,
 Et pater infigunt animis inmane piaculum
 Tarquini regis, posito quem curia sceptro
 Expellit Roma, depellit & vrbe tyrannos.

Illic sculptus erat Remo cum fratre Quirinus
 Romulus, vrbs cuius de nomine Roma vocatur
 Ilia quos peperit partu Vestalis ab vno
 Marte grauis, quam cum geminis infantibus atrox
 Iactari inuisit per Tybris Amulius vndas
 Sed prope littus eos inuentos vberè pauit
 Lactenti lupa, Fama refert, quos deniq; pastor
 Nutrit & patrum iuuenes necuere tyrannum
 Restituunt & auo Numitori regna paterna
 Vi capta à patruo, mox ambo mœnia condunt
 Monte Palatino, cæso & iam fratre puellas
 Diripit in festo solenni Romulus, illas
 Vxoresq; suis donat, vincitq; Sabinos
 Et Fidenates, alias gentesq; rebelles,
 Et spolia ampla Ioui dicat, atq; ex hoste triumphat,
 Inde Senatores centum facit, atq; tribunos

Amulius
 frater Nu-
 mitoris pa-
 tris Ilia si-
 ue Rheæ ex
 qua nati
 sunt Re-
 mus & Ro-
 mulus.

Plebis, & exactis his non apparuit vsquam.

*Dein Numa succedit, totum qui diuidit annum
 Bis sex in partes, Diuorum sancit & aras,
 Solennesq; dies, Iano templumq; bifronti
 Condit, quod foribus reſeratis nunciat iras,
 At clauſis pacem, ſe & clam duxiſſe fatetur
 Vxorem Ageriam nympham, dat deniq; iura
 Romano populo, atq; oris quas Marte ſubegit.
 Parte alia apparet totum qui ſubiugat orbem
 Magnus Alexander, qui victis regibus Indis,
 Eoiſq; ſimul, potuit quoq; vincere magnum
 Darium, qui vnum de tantis ſubdere mundum
 Se non poſſe dolet, mater ſtat Olympias illic,
 Obtruncans regem ſubito inſidiata maritum
 Pausaniae manibus, ſed mox pare cede perempta
 Dat pœnas, ſceptris poſitis Demetrius illic
 Victus a deſt genero Leucippo, ante eſſet in armis
 Ille potens, generumq; ſimul domitauerit amplis
 Agminibus, fortuna tamen conuerſa repente
 Leucippo ſubiecit eum, captiuus obitq;
 Illuſtres aliq; viri, patreſq; Quirini,
 Diuite in aula illa calati inſigniter auro
 Aſtabant, diuina quidem ſpectacula ſeclis
 Omnibus, Inter ea veterum dum forte virorum
 Hæc ſimulacra vident, heroes, ocuſ aule
 In medio, varijs epulis diuiſq; referta*


Men-

Mensæ aptantur eis iussis discumbere, rege
 In solio accumbente sua cum coniuge, nata
 Atq; vtraq; alijs illustribus, atq; puellis,
 Ausonius princeps conuiuii sponte ministrat
 Poculaq; atq; epulas, resonatq; canentibus omnis.
 Regia, vicinas extemplo it fama per vrbes,
 Tres venisse ausis, armisq; animisq; potentes
 Heroas, necuisse ferox immaneq; monstrum
 Magna parari etiam festa, & certamina pacis,
 Propter opus mirum, nec non insigne draconis
 Occisi, propter Dorotheam deniq; ab illis
 Ereptam, heroes tot vbi conuiuia festis
 Finierant hilares, intrant penetralia tecti
 Defessi, somnos capiuntq; cubilibus ostreis.

LYRAE HEROYCAE

LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI VII.


 Ngelica virtute annuli inuisibilis e-
 quo Briadoro effugit, defatigata ad spe-
 luncæ ostium quiescit. Pastorumque
 obsonijs obiter repertis epulata somno corripi-
 tur. Interea Alcina maga per speluncam illá ob-
 scuram gradiens, dormientem offendit. Angeli-
 cam Briadorumque equum circúcirca herbas
 pascentem, que in effigie anili excitat Angeli-
 cam, quam inde effugere, secú in Briadoro, mo-
 net, ambæ fugiunt, Alcina fingit se esse Vrgane
 mancipium, narrat Angelicæ tuos casus, Ange-
 lica illius miserata, ei virtutem sui annuli mani-
 festat, Alcina subito ab ea rapit anulum, Ange-
 licamque sero pœnitentem trahit inuitam ad
 suæ sororis urbem cantatam, ad lamenta & vo-
 ces Angelicæ concurrunt Rinaldus, & Richar-
 tus, & Philena, cæteri que sodales, qui per lucos
 illos errabundi causam tumultus inuestigant.
 Prospiciunt à longe Alcinam, simul cum Ange-
 lica violenter tracta, ingredi urbem, dein Vrga-
 nam illius regionis, reginam multis stipatam sa-
 tel-

tellitibus perquirere viros, qui sui nemoris custodes interfecerunt, ceterum à longe speculata Rinaldum cum socijs, eū deperit, statimque Angelicæ effigiem solertia magica sibi vendicans Angelica aspectu apparet. Tandem Rinaldum iam sui amore ardentē, Philenamque suis quadrigis recipit, sicque per auras perniciouser volitantes excelsam intrant arcem eos pone comitibus, Richarto, Philomenço, & reliquis equitibus Philenæ & Vrganæ, omnibus itaque iucundo hospitio receptis. Vrgana propinat Rinaldo poculum amatorium quo sui amore semper flagret, Rinaldus verò donat ei Balthcum quē sua soror ei in luco Atalanti exhibuit. Tandem Vrgana ipsa & Rinaldus cæteri que omnes, quisque sua amasia comitatus, viretum amœnissimum ingrediuntur, vbi singulis amātibus singula erāt diuersoria fertis & floribus redolentia. Interea Philena fœdos effugiens cōcubitus suis carminibus inconspecta, ad voces & lamenta fœminę accelerat, offenditque paganum vim Angelicę inferentem. Quare arripiēs pagani gladium & galeam, quę ex laqueari pendebant, ab Angelica eum saucians auertit, Paganus persequens Philenam obuiamque exiens obiter Morgano & Satellitibus Vrganæ ab eis decerpitur dein

vero

vero Philena remeans ad Angelicam suā solertia magica eam inuisibilem facit, ambæque associatæ se Rinaldo manifestant, qui illico Angelicam deperiens oblitus Vrganæ eius agnoscit figmenta, conuenit illico clam Morganorē, Philenæque consilio & industria, rogat Morganorem, quadrigas alatas quibus omnes vehantur fugiantque per auras, furtim subiugēt, protinus rei opera datur, Rinaldus frater, Philomenus, Angelica, Philena quadrigis per auras feruntur subito, auriga Morganore, vnde innumeras insulas, maria, regiones suspiciunt. Tandem sistunt quadrigas ad syluam Calcedonis, vbi festa & certamina Troiana ob Dorotheæ incolumitatem à Rolando & Oliuero fiunt.

A L L E G O R I A.

Svb persona Angelicæ dormientis cui ad ostium speluncæ superuenit Alcina maga, intelligitur, anima humana, cui tunc maxime incessit tentamentum dæmonis cum in ocio & secordia remoratur, idcirco dixit Apostolus. Fratres, sobrij estote & vigilate, sub vmbra fabularum & sermonum fallacium Alcinæ quibus decepit Angelicam, intellige, illecebras abscondite

1. Pet. 5.

sccondito veneno scatentes quibus tentatio Sathanis inescat animam, vt in profundum Tartari impellat, sub figura speluncæ qua Alsina deceptam ducit Angelicam, intellige cæcitate, qua dæmon animam ad interitum ducit, sub raptu annuli quem ex Angelica subito Alsina obtinuit, intellige quo pacto postquam Sathanis tentamentum, reperit occasionem in anima rationali ab ea aufert preciosiorem quã habet geminam nempe rationem qua redimēda foret, hac enim vbi eam Sathan priuauit ad profundum depellit. Cæterum quod per viam antri spaciosam Alsina duxerit Angelicam, intellige quo pacto potentia concupiscibilis seductam ducat animam ad inferni carcerem per viam satis latam viciorum & criminum, & non per viam rectam, quæ angusta est, nempe per viam virtutum. Sub persona Vrganæ inquirentis suorum lucorum violatores, intellige inanem gloriam mundi, hæc enim eos qui sibi aduersantur quales sunt religiosi & virtuosi ad interitum conatur trahere. Sub figura cursus & quadrigarum volantium, intellige hoc sæculum, cui inhiat inanis gloria, quod quatuor anni temporibus assidua reuolutione mouetur, sub decore ficto & apparente Angelicæ,
intelli-

intellige voluptatem momentaneam, & fallacem, quam ipsa inanis gloria pollicetur, cæterum sub figura puellarum concomitantium Vrganam, intellige, circumstantias peccatorum, quibus inanis gloria semper est adiuncta, quales sunt, iactantia, contemptus inferiorum, arrogantia, sub furtiua facie Angelicæ qua Vrgana ad sui amorem pellexit Rinaldum, intellige quo pacto inanis huius sæculi gloria sub fœlicitatis prætextu, animam, quæ non nisi ratione boni mouetur, inescat, irretitque, per potionem aquæ amoris qua Vrgana inflammat obcæcatque Rinaldum, intellige vicium gulæ quæ etiam comes est inanis gloriæ, quatenus alia allicit vicia saltem voluptatem veneream, per Baltheum seu Zonam Bradagmantis, quo Rinaldus donauit Vrganam, cum qua à præstigijs, & fascino magicis, protegendus erat, intellige, castitatem, qua cum anima rationalis ab amore venereo cæterisque vicijs & voluptatibus momentaneis se protegeret, illam, tamen inani gloria alleccta inescataque, perdit. Tandem sub imagine viretorum & actuum venereorum, intellige, chaos huius sæculi voluptatibus & delicijs pleni. Sub figura Philenæ fugientis turpes actus, & delicias spurcas, & viretum effascinatam,

tum, intellige virtutem fortitudinis, hæc enim cauens sensuales appetitus & inanem gloriam victrix euadit, cæterum sub effigie Philenæ ex violentia Pagani, Angelicam liberantis, intellige quo pacto virtus fortitudinis, animam liberat ad lucemque educit de medio viciorum, & manu Sathanis. Cæterum per eandem Philenam simul cum Angelica suadentem Rinaldo, quo pacto Vrganæ amore esset deceptus, intellige peccatorem qui exemplo & pœnitentiâ, alterius animæ, quæ media fortitudine de Sathanis potestate euasit, à sua praua consuetudine diuertens, suum pristinum errorem & simulatam fœlicitatem, quam sibi inanis gloria pollicebatur, agnoscit, tandemque suam veram beatitudinem. Cæterum per Rinaldum qui ex Philenæ consilio, furatur currum equosque aligeros Vrganæ, intellige hominem qui vbi suos annos delicijs humanis absumpsit ad virtutem & vitam honestã remeans, iacturam sui temporis recompensat.

L Y R A E

LYRAE HEROYCAE

LIBER SEPTIMVS.



*Am me Ammone sati nec non Phœnicia virgo
 Meq̄ vocant comites longis instanter ab oris
 Vrgana, certe exiguo paruoq̄ ligello
 Pastorum. Morganor vbi stat saucius, vna
 Et Philomenæus cum quadrupedante potente
 Rinaldi, paulò ante tamen quam me dea ducas
 Hanc latam in syluam Angelicæ mihi pande ruinas
 Vidimus aduentu illius monstrosus Orillus
 Se renouandi iterum virtutem amiserit omnem
 In conflictu acris, cum quo pugnabat acerbe,
 Rolandi, ob spiram nusquam spectabilis ergo
 Nata Galafronis pastorum obsonia furtim
 Ceperat esuriens, queis vix satiata recessit
 In celeri Briadoro, vna & magnalia multa
 Præteriens, flendo miseram se sepe vocabat.
 Fessa per occultos saltus tandemq̄ propinquat
 Speluncæ, cuius primo sat amœna direta
 Vestibulo apparent, vltra distantia longo
 Tramite, ibi lassus tristis Galafronia virgo
 Ocyæ dat membris teneris, dumq̄ ipsa quietem
 Carpit & in somnos soluit se tota profundos
 Ecce Alsina maga speluncam sueta per illam*

Ire,

Ire, redire, diu, venit Angelicamq; decoram
 Audit stertentem formæq; intentam nitenti
 Contraxit speculando moram, simulatq; aniles
 Actutum vultus, talis sibi forma profecto
 Aptæ erat ex annis, longæ canosq; senectæ
 Omne recurua capit cum dorso indutaq; nigra
 Et viduæ palla, Angelicam somno excitat alto
 Et sic compellat, dic nunc illustris & vna
 Bella puella, oro, quæ te fortuna sinistra
 Appulit his oris sunt hæc ditionis Erietho
 Vrganæ, quæ me miseram ex ætate iuuentæ
 Hac errantem isto obscuro, fors condidit antro.
 Quam sic fatalem facit vt vestigia, citra
 Hoc limen ne queam vel paulum, mæsta mouere
 His tamen elatebris abeundi occasio, longum
 Iam post tempus adest mihi te præsentem tuosq;
 Quadrupede hoc celeri (Briadorus nempe decoræ
 Angelicæ parens sumebat pabula liber
 Ante fores antri) me nuper namq; ministra
 Vrganæ docuit tantæ miserata senectæ
 Quod si vnquam hac forsân transisset virgo priusquam
 Incantata foret, me secum euadere posse.
 Vnde necesse mihi, necnon tibi, nunc erit, oras
 Effugere has inæquo ante fores qui pascitur antri
 Ne nos Vrganæ arripuens includat iniqua
 Perpetuis tenebris, vbi sunt pleræq; puellæ

Allina ma-
 ga Angeli-
 ci ad ostiū
 antri dor-
 mientē ex-
 citat & frau-
 dulenter ab-
 loquitur.

Ex varijs oris, tibi tristitia fata

Ergo. i. cau
sa. Commemorabo via, a quo quo deuia veni
*Hæc loca, vbi fueram direpta inclusaq; multo
Tempore adhuc, verbis fallacibus illico bella
Credidit Angelica & tanta miserata senectæ*

Erietho. i.
magam
Erietho
enim pro
quacunque
accipitur
magica mu-
liere.

Alfina de-
ceptam du-
cit Angeli-
cam per
antrum in
cantatum.

*Sicut comis erat, Briadoro excepit Erietho
Quam sermone pio & verbis solatur amicis
Et grato ore quibus montes & saxa lepore
Eximio eliceret, tandem ducente sinistra
Alfina properanter equo spaciofa per antri
Accessere amnem quo stabat portitor Arctur
Nauæ suæ nota Alfina, qui protinus illam
Aptauit, duxitq; ambas ad diuitis oras
Vrgana, ast Alfina suam simulata senectam
Tales intentæ casus referebat ad aures
Angelica, si audire iuuat, sci virgo parentes*

Narratio
fabulosa
Alfinaz.

*Diuitijs nostros, nec non ditione, potentes
In terris iuxta Mareotim atq; Aphrica regna
Meq; duasq; alias natas habuisse decoris
Supremi, totidem & natos non inferiores
Aspectu nec non insignes robore & armis
Tantis naturæ donis, faustaq; superbi
Fortuna, fratres, & ego, nostriq; parentes.
Fælices censebamur super omnibus, omni
In regione illa, me namq; duasq; sorores
Sollicitare procos proceres primosq; videres*

*A*ssidue, me præcipue minor ipsa fuisset
*P*ulchrior atq; alijs, tandem procus vnus amator
*A*nchialus proprio dicunt quem nomine natus
*A*nchiali Exarchi, *E*gypti pro rege, *C*anopi
*A*nte alios omnes pro me exardesceret igne
*A*ssiduo, nunquamq; darem, nimis aspera, amoris
*S*pem inueni, fratres precibus donisq; mouebat
*S*æpe meos, vt sponte suos vellem hymenæos
*A*rdenti tanto nostri sat agebat amore.
*S*ed frustra orabant fratres me flectere certe
*N*on poterant, adeo gratis mihi sæpe molestus
*I*lle fuit iuuenis, qui deniq; spretus, acerbis
*C*oncitus atq; odijs, in meq; meosq; parentes
*E*t fratres proprias remeavit tristis in oras
*A*t non omnino nostri spem perdidit, imo
*I*mpertunus amans ibat, pariterq; redibat,
*C*lam patriam nostram, regis tamen ecce *P*erææ
*F*ilius interea stipatus milite multo
*A*duenit, & forma, & mille spectabilis vna
*G*ratibus, hic nostri solorum ore decoris
*P*ercitus ex oris patrijs me patris ad urbem
*D*eperiens venit, manifesta voce procaxq;
*M*e sibi sæpe petit, genitor non distulit illud
*Q*uin potius largis opibus multisq; parauit
*C*um festis thalamos ad eos venientibus vltro
*V*icinis populis, heroibus, atq; tetrarchis,

Aspiratio
 hic vicem
 habet con-
 sonantis,

Interea Anchialus furij nequissimus ardens
 Ob sibi coningium raptum media ordinat inter
 Festa scelus, pactos conans turbare hymenaos
 Queis nondum tandem finitis sponsus & vna
 Fratres & genitor mecum pauciq; ministri
 Venatum ire: nus bilares per lustra ferarum
 Et nemora alta nimis fugientem cernimus aprum
 Aprum immane malum, nobis domuiq; paternæ
 Ferale augurium, nam dum sectamur opaca
 Per loca sola ipsum, tergumq; affigere telis
 Nitimur è latebris medijs exire pbalanges
 Cernimus, Anchialumq; ducem de Marte ruentem
 Ex improviso contra nos, atq; priorem
 Asteriona meum sponsum transfixit acuto
 Hastili, mox & fratres occidit inermes
 Omni gente sua, fugientem ac deniq; patrem
 Vestibulum ante antri quo iam se forte parabat
 Condere, confodit ferro, miserabile dictu
 (Hæc Alcina loquens visa est effundere fletus)
 Has inter cædes implens vlulatibus omnem
 Æthera, equa fugio luco, quasi mortua, nondum
 Conscia fraternæ cædis, pariter de paternæ
 Atq; hostis quamuis instaret cæde peracta
 Hac tanta, me præripere & violare, nefandum
 Omne suum studium, ast a leò cito vt ipse putauit
 Non potuit, nam gente sua dum forte necabat

Incautos fratres, tempus satis adfuit, inde
 Ut mox effugerem, quæ deniq; fessa ministro
 Acceſſi cum vno ſcopulos, vbi fluctibus æquor
 Tollitur Aſſyrium, vnde pauorq; timorq; cœgit
 Anchialum infandum. præſentem quem eſſe pauebant
 Effugere, ad lituſq; maris deſcendimus ambo
 Per ſcopulos ſenſim, & tandem iam nocte propinqua
 Horrificis implente vmbriſ altiſſima teſqua
 Ad procul incenſos ignes caligine noctis
 Feſtinamus iter, ſcopulos alioſq; ſubimus
 Ruſſus equa, arboribus denſum in campumq; venimus
 Altas inq; pyras ſemper diſcedere viſas
 Dirigimur, queis dum ipſi oculis inbiamus apertis
 Ecce repente lacum in ſtagnantem labimur ambo
 Quadrupes atq; etiam centroq; immergimur vnde,
 Qui cum iam mole vndarum periſſe ruentum
 Forte putaremus. ſubito reperimur in aula
 Cryſtalli nitida. plenam diſ, atq; deabus.
 He gentes etenim diuæ apparere quibuſq;
 Humanis oculis poſſent, tantus nitor illis,
 Tantus eratq; lepore, nulloq; affabilis ore
 Præ diuini operis ſtructura ornatus, amorum
 Guttore cygneo, cantabant carmina, pletris
 Tangebantq; lyras concentibus vnde ſonoris
 Æthra ſonat feſſis requies, placidumq; leuamen.
 Aſt ego, Achimeneuſq; comes, nouitate repente

Attoniti tanta, insperata unaq; salute,
 Nullibi prorsus equa nostra apparente, resecti
 Ambigimus valde: donec nymp̄ha una decora
 Nos capiens dextra, in campos deduxit amœnos,
 Pluribus arbutis flagrantes, atq; fluentis
 Suauiter v̄ndisonos, quæ iuxta multa volucres
 Diuersæ edebant modulamina dulcia, ab alta
 Arbore, respondentq; aliæ ex tellure vicissim.
 Illic non Philomela aberat quæ mille sonoros
 Instaurans modulos, sua tristia fata recensent
 Non aberant meruli, palaresq; & acredula cantus
 Sæpe nouans, aliæ variæ campoq; volabant
 Cantantes volucres, nymp̄hæ crystallina ab aula
 Transibant sic ornantes ea amœna vireta.
 Interea requie & placido defessa sopore
 Corripior, somnoq; diu deuicta profundo
 Hac feror infelix, seu numine, siue magarum
 Cantibus illarum, maga gens erat illa paludis,
 Atq; ita aberrantem solam me, namq; ministrum
 Cernere Achæmeneum potui non amplius vsquam
 Vrgana arripuit, Venerisq; inclusit in aulis
 Quas habitat violauit vbi se autore pudorem
 Vir nostrum, foret atq; istud tolerabile damnum
 Ni prostare viris alijs me cogeret atrox
 Fœmina, sicq; meam consumpserat illa iuuentam,
 In vetitisq; nouisq; thoris, rugosa senectus

descripsi casti

Visatibi ante diem donec iam spreta veniret
 Hæc dum Alcina dolo satur fingitq; timorem
 Visendi Vrganam, Galafronia nescia tecti
 Virgo doli tanti, Alcinæ miserata pauoris
 Olli ignoratas vires secretaq; pandit
 Sponte suæ spiræ, maga, qua presente vigere
 Nulla omnino, inquit, se oculis nec posse videri
 Humanis, simul hæc dicens facere ore periculum
 Dum virgo ipsa parat, spiram rapit illico dextra
 Intenta Alcina, & vultus mox mutat aniles
 Inq; sibi assuetam redigens se sponte iuuentam
 Velocem Briadoron equum per lora retorfit
 Vrganæ versus muros cum vociferante
 Angelica, quam se noscentem deniq; sero
 Deceptam duris verbis incusat, & addit
 Torua minas, has ad voces deserta per ampla
 Occurrunt Ammone sati, & Phœnicia virgo,
 Sidonij comitesq; sui, Morganor & vna,
 Et Philomenæus, fierent qui vulnere donec
 Incolumes pastorum illa latuere taberna
 Omnibus his comitati, Sidoniaq; Philena.
 Ergo vbi feminea auditur vox protinus omnes
 Armati occurrunt equites sine corpore verum
 Eminus illa eadem gracilis vox insonat ore
 Angelicæ, quam dum vestigant, mœnia longe
 Vrganæ spectant valusq; intrare patentes

Alcina do-
 lo corripit
 anulum
 incitatum
 Angelicæ,

Ad hanc
 Angelicæ
 occurrit
 natus cu
 focus qui
 illac circa
 bant,

Angelicam raptam, cum *Alfina* atroce *vehentem*
Quadrupede ante *velut*, quas *arripuere* *gigantes*
Vestibulo & *Briadoron* equum *ducunt* q̄ *per urbem*
Hec dum *Rinaldo*, & *fratre*, & *Phœnice* *Philena*,
Omnibus & *socijs*, *celsa* de *rupe* *videntur*,
En *Vrgana* *nemus* *lustrans* *ingente* *tumultu*
Aduenit *armorum*, *mœstissima* *cede* *suorum*
Custodum, *fremitu* q̄, *hōstes* *vestigat* *ubi* q̄,
Quos *humili* *postquam* *vidit* *de valle*, *nitentis*
Corporis *Albani* *herois* *speculata* *decorem*
Vrgana *intentum*, & *formam* *mutauit* *amatric*
Rugosam, *fatalis* *enim* *consecta* *serecta*
Fœmina *erat*, *quæ* *mox* *apparens* *pulchra* *puella*
Angelica *asimilis* *vultus*, *albentia* q̄, *ora*,
Ira *ardente* *satis* *posita*, *discedere* *ad urbem*
Militibus *ubet* & *bellis* *slipata* *puellis*

Vrgana Ri
 naldi vis
 amore rap
 ta ad ipsum
 accedit in
 curru quat
 tuor equo
 rum volan
 tium.

Cum *septem*, *heroes* *ardens* *accessit* *ad ipsos*
Quadriugo *in curru*, *aligeris* *qui* *quattuor* *auris*
Fertur *equis* *puro* *argento* *celatus*, & *auro*,
Et *Tyrijs* *Phaleris*, *rutilante* q̄; *purpura*, *amictus*.
In cuius *medio* *aduehitur* *lethalis* *Erietho*
Vrgana, *Ostrifero* *recubans* *formosa* *cubili*
Angelica *apparens*, *varijs* *circumdatus* *telis*
Puro *intertextis* *auro* *fulgente* *trilici*,
In capite *effulget* *preciosa* *calantica*, *multis*
Obsita *iassuibus*, *claris* q̄; *adamantibus* *vna*.

Quæ

Quæ sic Rinaldo coram se ostentat, ut ante
 Vulcanum Cytheræa Venus cum cœlicanato
 Arma suo petijt dein his sermonibus illum
 Aggreditur, salve vir mactæ ingentibus armis,
 Egregie & forma, veluti se gratia monstrat
 Aspectus. saluete vna insignesq; sodales,
 Tuq; ô virgo simul pulcherrima deniq; salve
 In te qui apparet valor (hæc sua, fœmina, verba
 Dirigit Albano heroi) me iure coëgit
 Vltro herere tibi iam armis sine Marte relictis
 Imbell'em, lucicæsis custodibus huius
 Tam validis, quos inter erat mihi charus & acer
 Morganor (nec Erietho illum cognouit amore
 Vsq; adeo Visi Rinaldi ardebat) at isto
 Hospite nunc tanto te heros clarissime saltem
 Gaudeo succedente nimis, te sospite nostrum
 Incolume hoc regnum stabit nunc prorsus ab hoste,
 Non paveas quæ ipse thoro hoc defessa labore
 Membra loca, nostraq; velis requiescere in Urbe
 Delicijs multis rebuq; vbi nostræ redundat
 Regia, vbi atq; tibi regumq; ducumq; decoræ
 Parebunt nata, nec non deseruiet omnis
 Conditionis homo, quos inter pulchra Melissa
 Prima tibi sternet lectum, regina sed horum
 Enego iuncta tibi stabo cui cuncta simulq;
 Suppediabo tuis, magno hæc dum verba lepore

Sermo ama-
 torius Vr-
 ganæ ad Ri-
 naldum.

Urganæ pro
pinat Rinal
do peculiū
vini aquis
amatoris
diluit.

*Effundit, nympha vna illis suauissima mala
Vimineo albenti Calatho, dein liquida vna
Fontis amoris aquis blandis diluta propinat
Auri in gemmifera patera, que forte Richartus
Esset aquæ potor nolit libare, nec ipsa
Alba Philena, latens sed nec Morganor equestres
Sidonios inter, cum queis Albanus heros
Ebiberat, dein atq; Urganæ incensus amore
Ardenti compellat eam sic voce serena
O merito illustris merito dicendaq; bella
Supra omnes toto quotquot sunt orbe puellæ
Fœmina, queis merui meritis hæc præmiat tanta?*

Rinaldus
Urganæ cf
figie Ange
licæ simula
re amore
capitur &
vincitur.

*Sic me posse frui te tanta principe mundi?
Nunc nostri, nostrorum vna tibi libera fiat
Copia ad arbitrium te deinde fatebimur vltro
Emeritam dominam infandæ sic fatus amore
Fœmellæ semper flagrans mox profilit eius
In currum, iacet atq; thoro superatus ab illa
Baiarto interea socijs fratriq; relicto
Se secus ire statim inuisis, si iamq; pudicam
Inuitam in curru simul accepere Philenam
Quam, nec non Morganorem Graiumq; sodalem
Pœnitet vsq; adeò fallacis amore puellæ
Rinaldum vinci, se subiecisseq; fœdæ
Urganæ, callebat enim Phœnissæ puella
Et plus Morganor, fictum danamq; decor em,*

Pocula acidalio pariterq̄ infecta liquore.
 Compellare tamen dominam Morganor, Erietho
 Cogitur, atq; ipsa coram se purgat ab omni
 Crimine, Rinaldum testemq̄ adducit eorum
 Quæ luco acciderant, casus & longius omnes
 Se memoraturum spondet, spondetq̄; Richartus.
 Morganore suo mirata superstitè vitæ
 Vrgana astiterat, quem iam perisse putarat.
 Sed reperisse illum non est letata profecto
 Inter Rinaldi socios, haud nempe latebant
 Morganora mag.æ fraudes formæq; nouatæ
 Argumenta suæ, nec non figmenta dolosa.
 Quare odio incendi occulto mox cœpit in illum
 Fœmina dira, ferum quem mox conuertere in aprum,
 Et reliquos socios, magico decreuerat astu.
 Interea incumbens incensa libidine amoris
 Rinaldi, ad tempus seruat simulata nefandum
 Intentum, ergo hilares plastrum ducente puella
 Auriga, celeri super aëre nube vehuntur
 In vicinam urbem, dein pone sequente Richarto
 Omnibus & socijs cursu properanter equorum.
 Exit in occursum pubes ornata virorum
 Atq; puellarum quam plurima, & ante superbam
 Reginam & Rinaldum etiam simul agmine facto
 Inclinantur humi de quadrupedantibus altis.
 Exposcuntq̄; manus, quibus oscula deniq; libant

Sed

*Sed renuunt, tuba multa sonat varia aeraq; vna
Instrumenta sonos varios ex ordine pandunt
Mœnibus ex Urbis celsis, arcisq; fenestris.*

*Quas super alipedes fastigia ad alta volantes
Æthere equi planstrum ducunt, intransq; patentes
Et magnas valvas arcis super aere fictæ,
Sed descendentes vastam telluris in aulam
Excipiunt illos media quam egere corona
Euantes nymphæ multæ valdeque decoræ.*

Descriptio
domus de-
liciarum
Vrganæ ma-
gicæ.

*Indutæ ad talos tenui velamine, supra
Suppara, resplendente auro squallentia, & alba
Plus niue, pro medio sed corpore Balthæa gemmis
Atque operosa auro accinctæ, & quoque tempora fertis,
Exercent partim choreas, partim quoque cantant,
Et partim sternunt mensas omni vberè plenas
Deliciarum oris, vini fragrantis, & vndæ.
In medio aulai fontes duo sponte fluebant
Arte fabrefacti mira, satis atria magna
Museis saxis nitidoque instructa alabastro
Fulgebant opere insigni celata, profecto
Materiam superante suam, nam Bellides illic
Mirifice sculptæ stabant de nocte maritos
Cedentes, nec non Ægyptus adulteraque vxor
Qui simul vnanimes magna impietate necabant
Maiorem Atridem immuni se veste tegentem
Stabat & vna illic cum Marte inuenta cubili*

Varia Poë-
tarum fig-
menta in-
sculpta in
domo Vr-
ganæ.

Cardes Aga-
mœnonis.

Coniugis insidijs eius Cytheræa decora,
 Necnon & Phæbum fugiens pœneia Daphnæ
 Dum pauida atq; fugit, pro virginitate precando
 Undisfluum patrem, viridis fit protinus arbor.
 Illic Priamidem puerum Iouis ales in altum
 Vnguibus amplexans vncis ante ora Tonantis
 Eleuat, ille manu niuea dat pocula diuis.
 Illic zelotypa infelix erat Hercules vxor
 Deianira, virum fortem quæ ignara cœgit
 Oppetere intincta Nesi cum sanguine veste.
 Cum vir amans raptam pulchram violasset Iolen.
 Illic non aberat Chelice, quæ propter amorem
 Phæbi se viridem mutarat tristis in herbam
 Semper amanti alto versam, non defuit illic
 Hippodamia patre excessu quæ fraude dolosi
 Aurigæ, Pelopi nubebat, hic inde procacem
 Precipitem dabat aurigam super æquoris undas.
 Palliis in templo violat Neptunus ibidem
 Infalicem illam, quam monstrum inmane Medusam
 Indignata satis fecit dea sœua colubris,
 Pluribus insertumq; caput superaddidit eius
 Thoraci sacro, conspectu cuius in altum
 Migrat. At blas montem nollet cepisse rogantem
 Hospitio Perseum in tempesta nocte coactum,
 Iuppiter Europam rapiens sub imagine tauri,
 Et violans Danaem clausam ferrugine frustra,

Daphnæ cō
 uertitur in
 laurum.

Interitus
 Hercules.

Chelice co
 uertitur in
 helictro-
 pium.

Hippodā-
 mia infor-
 tia.

Meduse ta-
 bula.

Europa fi-
 lia Ageno-
 ris raptā ab
 Ioue.

Pyra-

Pyramus.
Thisbe.
Dido.
Helena.

Pyramus & Thisbe, Didoq; & Troius heros,
Et Paris, atq; Helene, pro queis sunt Diruta prorsus
Pergama, ibi stabant, & amantum insignia multa
Agmina, quos inter iacit aurea tela Cupido
Nudus membra puer tantum sua lumina vincit.

Interea ingressi, Rinaldus in atria tanto
Munita studio nec non Phœnicia virgo
Deinde simul qui non sero venere, Richartus
Et socij insignes, pubes Phœniciaq; vna
Militibus multis vrbis de limine primo
Stipati, quisq; atq; suam tenet hospes amantem
Oscula libantes, dapibus dein atq; paratis

Conuiuū
Vrgana.

Accumbunt, solio princeps Rinaldus eburno
Circiter atq; Vrgana sedet pare sede superba
Delicias varias epularum & vna propinant
Coniuuiis nymphæ mistim pueriq; venusti
Nulla caput mensam circumstat plurima turba:
Inter quos Alina etiam simulata iuuentam
Furtiuam graditur, cuius discriminat aurum
Vestes, aurora & similis spectantia fallit
Lumina, conclusa Angelica in penetrabilibus arcis,
Ancillas hæc sollicitat pariterq; ministros
Non insolertes, subito & dilabitur oras
Per varias, dein atq; in læuum deniq; flumen
At tanta heroes hilares conuiuia postquam
Finiuerant, choreas exercent ordine nymphæ

Exin

Exin dum dextra ducit quicumq; puellam
Discedunt loca amœna, simulq; arbuſta fluentis
Pluribus vñdiſona atq; auium gratiſſima cantu,
Omni in circuitu nemorum pleriq; recessus
Cęſpitibus ſtabant viridantibus vñdiq; operi,
Et ſalicum folijs, proceris atq; labruſcis.
Intus erant varijs munita cubilia telis
Puro intertextis & puluinaribus oſtro.
Eminet hos ſupra ſertis & flore taberna
Ornata, & viridi circumdata margine tota
Creſcentum fruticum, variarum vñaq; virentium
Herbarum, cuius parte interiore cubile
Papilione oſtri & Tyrio fulgebat amiētū.
Extremiſq; oris crines imitantibus, auro
Et nitidis filis, operoſis, vñio magnus
Obſcurum ſpatium illuſtrans in vertice ſummo
Enitet, atq; eius nitor extra illuminat omnem
Vicinam ripam, atq; herbas fulgore decorat,
In quam Rinaldus, nec non fatalis Eriēt̄ho
Intrant, inq; alias reliqui ad nocturna quiritēs
Prælia, quiſq; ſuam iuuenis ducitq; puellam.
Sidonia at virgo fugeret perterrita nequam
Concubitus, capiti imponit ſua carmina ſueta,
Queis ſolet ante hominum ſubito euaneſcere viſus,
Sic ergo apparens nuſquam tota vrbe vagatur
Incantata illa, neſcitq; exire, viarum

Descriptio
 amœni re-
 ceſſus in
 quem Virgo
 na cū Rinal-
 do ingredi-
 tur.

Sidonia vir-
 go. l. Phile-
 na vene-
 reos fugiens
 congreſſus
 ſuis carmi-
 nibus ſe in-
 uifiſibilem
 facit.

Tot

Tot videt ambages tot deniq; tristia monstra
 Quae fuerant homines, gemitus atq; audit acer bos
 Famineos etiamq; vlulatus inter & illos
 Lugubrem gracilem vocem simul audit vnam,
 O superi vestro si coram numine quicquam
 Forte vnaquam merui precor hoc auerite tantum
 Opprobrium nobis, nostrum seruate pudorem
 Ex violento isto sic me violare parante
 Athleta infando, tales miserata querelas
 Filia Aristidis nulli spectabilis illac
 Tendit & Angelicam penetrati cernit in aula
 Sese ex Athleta immani seuoq; tuentem
 Certatim manibus teucris, genibusq; reflexis
 Tum gladium atq; aris galeam quae ibi comperit arma
 Sidonia arripuit capiti galea atq; nitente
 Imposita in paganum, oculos mentita, retorquet
 Audax fortem ictum gladio ferit oraq; furtim.
 Senit Athleta ferox haud ictus conspicit vsquam
 Autorem, voluens nunc hac nunc protinus illac
 Horrentem vultum frustra resecansq; bipenni
 Aera, plaga alia quem mox interrita Phoenix
 Virgo supercilium ferit inter vtrumq; latenter
 Oraq; dira viri pectusq; cruentat inermum
 Horrendum sonat Athleta & replet inscius hostis
 Vndiq; voce locum & ne quicquam quaeritat illum
 Quod videt omne manu capiens dextraq; bipennim

i. Philena
 diuagans
 per urbem
 incantata
 Vrgans re-
 perit Athle-
 tam inferē
 tē vim An-
 gelicae cap-
 riu.e.

Astus Phile-
 nae quo vti-
 tur contra
 Athletam.

Omni parte vibrans, veluti cum longius antro
 Egressus coluber subito correptus ab umbris
 Noctis adherentis nescit remeare cauernam
 Tum si vidit eum aut Ibis seu Iuppitris ales
 Errantem tenebris rostro petit arduus illum
 Assidue, ille autem nescit se nocte tueri
 Cæcus in obscura toruo sed sibilat ore
 Impetere aduersum ne quiens, sic ille superbus
 Athleta assiduis plagis offensus in anras
 Insanit, nusquamq; videns qui percutit hostem
 Ocyus Angelicam contra vesanus & amens
 Vertitur, atq; inquit meretrix tu pessima tanti
 Vulneris est causa atq; autor dabis improba penas
 Hæc dicens fugientem ipsam secuisse bipenni
 Vellet, ni ætutum gladio galeaq; resurgens
 Eminus audaci vultu coram hoste Philena
 Obuia se obijceret, verbis gladiisq; cruento
 Irritans hostem qui ubi vidit feruidus ira
 Offensore eius, nouit suaq; arma cruore
 Tincta suo, obiectum ætutum ruit acer in hostem.
 Ut lupus errantem sylua cum prospicit agnum
 Aut teneram damam besterna fame concitus ipsam
 Irruit in prædam, non secius inq; Philenam
 Athleta immanis, vasta, bifidaq; bipenni,
 Angelicam pauidam senæ feritatis omittens,
 Ocyor aggreditur Borea, at Phœnicia princeps

Philena li-
 berat Ar ga
 licam arti-
 ficiola con-
 tentione.

Q Nunc

Nunc euanescit, nunc se coram hoste nonando
 Vulnera praesentat, frustra tamen ille bipennem
 Euibrat, inq; suos iactat conuicia diuos.
 Femina tandem audax, fugere eminus ora ferocis
 Athleta insinuat, fugitiuaq; liminalinquit.
 Quam paganus atrox sequitur, velocior omni
 Alite, nubiferum penetrante per aëra pennis.
 Tardior haud illo fugit imperterrita virgo
 In nemus ingrediturq; virens simul atq; tabernaculis
 Florentem, qua Rinaldus deceptus Erictho,
 Ocia captat amans, fictoq; decore potitur,
 Ast intravit vti non visa iacentibus, Eurii
 Exiguus flatus, lateriq; cubilis adhaesit.
 Saucius omne Athleta nemus illustrat amantum
 Vimineas inter sedes, viridesq; tabernas.
 Tandem ira flagrans, vasto clamore lacescit
 Hospitio receptos omnes heroes, & illis
 Improbatur, o teneris tantum gens apta puellis
 Dedita vino, epulis, quid nunc impune refertos
 Vos iuuat assiduis plagis me ludere, vestris
 Carminibus magicis, turba o temulenta venite,
 Aut quisquam vestrum, cui sit valor vllus in armis,
 Et non in vino, & Venere, haec & plura locutus,
 Horrifica cum voce casam tendebat in altam
 Vrgane, ad strepitus tales custodia surgit
 Vrgane, primusq; ruit Morganor in illum,

Sanguis-

Sanguine conspersum, quem cum dix nosceret, era
 Dic Terrane ferox quis (ait miratus) inermum
 Cedere te est ausus? nos perturbare quietos
 Quis voluit? grata interrumpere quæ ocia nostra
 Quis scelus est ausus nostra præsentè superba
 Regina Vrgana? dicentem talia contra
 Eulbrat Athleta immanem manu vtrâq; bipennem,
 Tuq; ait, scelerate, ingens & proditor huius
 Littoris, hospitibusq; nouis his addite nostris
 Hostibus obiectis, plagarum causa mearum.
 Sæue manes, tantiteli fugit ocysus ictum
 Morganor læua, valido cum corpore toto.
 At non incassum cecidit violenta bipennis
 Custodem primum Galiernum prorsus inermum
 Vvinnum, lato si ex humero diuiserit omnem.
 At Morganor eam, nec non & cætera pubes,
 Inuadunt strictis gladijs in milleq; partes
 Omne secant eius corpus, pontoq; propinquo
 Projiciunt lacerum, nemo hæc luco audit amantum
 Quisq; sua vsq; aded satagit gaudere puella
 Præcipue Albani montis fortissimus heros
 Qui factæ Angelicæ sic fixus adheret amator,
 Vt patriæ, vxoris charæ, Carli, atq; suorum
 Inmemor existat, sic sumpta operantur amorem
 Pocula, at interea præsentia lumina virgo
 Sidonia omnino fallens, simulasse decorem

Angelicae Vrganam videt, atq; Ansmione creatum
 Deceptum vultus alieni, errare, decore,
 Quare Rinaldi miserata auertere, talem
 Sic parat arte dolum, nulli spectabilis vsquam
 Ante velut, celeris tendit, qua stabat, in aulam
 Angelica obstupida, & fuluos lacerata capillos,
 Cui se presentem monstrans, ita fatur ad illam
 Ore pio, o regis Galafronis filia bella

Præter eam neq; enim potes altera, suspicor, esse.
 Si nescis ego te nuper de immanis Athletæ
 Eripui manibus, per me inuiolata fuisti.

Nec tamen insimile incidere captina periculum

Philena cõ
 sultat cum
 Angelica
 quo pacto
 omnes libe
 rentur à po
 testate Vr
 ganae.

Consultare modum nunc est opus hisce latebris
 Et magicis vinculis, si quis reperitur, eundi.

Quam primum ante scias quod sum sat nota Philena
 Partibus eois Phœnicum filia clari

Regis Aristidis, casu huc, quæ raptâ gigante
 Appuleram, sed me eripuit Rinaldus ab hoste
 His fortasse locis errans, cum fratre Richarto.

Et geminis socys, qui nunc cantatus iniqua
 Cum iacet Vrgana, vinculis deuinctus amoris
 Irreligabilibus, certe maga femina formam
 Assimulata tuam deceptum possidet illum.

Quare vtendum astu quo tu eripiaris, & omnes,
 Huius ab illecebris fictis laqueisq; dolosis
 Fronti impone tuæ, tibi quæ maga carmina quædam

Ipsa

Ipsa dabo, nullisq; oculis spectaberis vsquam.
 Reddar ego atq; etiam simili inspectabilis arte.
 Sic & ad Vrgane simuiate intrabimus aulam.
 Pernoscemus vbi fraudes, fictumq; decorem
 Ipsius, haud certe nos cernet Erietho, deinde
 Rinaldum egressum nos conueniemus aperta
 Fronte, statim visa qui te, cognoscet Erietho
 Figmenta infandæ, ad quam nulla ex parte videndum
 Adducemus eum cum desidiosa decore
 Deposito internæ fors in penetralibus arcis
 Fœmina deliteat, vetus & sœdissima vultu
 Vnde exosus eam fugere hinc Albanus heros
 Illico nobiscum nec non cum fratre parabit
 Et socijs, super atq; fuga ne impropera fiat
 (Est scelerata etenim uimis atq; astuta virago
 Vrgana) ad consulta quidem secreta latenter
 Iungemur, curruq; vna, si possumus, eius
 Quadrijugo atigeris ab equis sub nube vehemur
 Semianimem Angelicam tali sermone Philena
 Sidonia instaurat subito, reficitq; vigorem
 Amissum, vnanimesq; ambæ maga carmina figunt
 Frontibus, in conspectæ vna acceduntq; tabernam
 Vrganæ, qua cum Rinaldus stabat, amantem
 Se fortunatum censens, simul atq; beatum,
 Secius at res euenit quam forte putarat.
 Tres etenim postquam soles, cum noctibus vna.

Spōdaius
vertus.

Delicijs multis, nec non amplexibus illic
 Indulserē, adsunt comites tubicine multo
 Ex nemore adducuntq; illos ad mœnia pompa.
 Interea fratrem & socios vnaq; Philenam
 Visere Rinaldus pro pauco tempore capta
 Copia ab Vrgana constans discedit amore,
 Olli pro signo fatalia Balthea linquens.
 Quæ sibi chara soror luco ostentarat in atro
 Rinaldum Angelica & Sidonia sponte sequuntur
 In nemorisq; vna secreta parte seorsum
 Conueniunt, Phœnissa prior, satis (inquit) amici
 Mirantur Rinalde tui sic nempe dolosis
 Vrgana magicæ tæcnis te subdere, noscisc
 Nec te deceptum, vano fictoq; decore
 Fœmelle fœdæ & veteris nimiumq; nefandæ,
 Hic tibi qui aspicitur decor est verissimus ille
 Effictus magicæ, hanc præter nulla altera vultu
 Enitet assimili, sed nec reperitur in orbe
 Fœmina (sic fando Angelicam demonstrat & inquit)
 Hæc, nouisti etenim, Angelica est regina Cataij
 Nempe Galafronis regis, iam fratre perempto
 Argalia, telo Feraguti, sola superstes.
 Fortunam cuius, qua est huc aduecta, sinistram
 Post opportuno cognosces tempore, verum
 Hic dolus vt pateat, nec non furtiuus Erietho
 Vrgana vultus, carmen tibi fronte ligabo

(Hoc

(Hoc inuisibilis chari genitoris ab oris
 Effugi) sic nos omnes tres ibimus, adis
 Ad penetrale eius, stat ubi maga femina fœda,
 Inscia, qua minime præsens spectaberis, imo
 Hanc tibi conspectam fugere ocus, eius & ora
 Fœda procurabis, ne tu coram amplius vsquam
 Apparebis ea, sed oportet ut omnia fiant
 Consilio, socios etenim fratremq; Richartum
 Conuenies primum, quibus illicet ipse iubebis
 Nobiscum effugere vnanimes super aëra curru
 Quadrijugo Vrgana, alipedes moderante deserto
 Morgaïore, hic enim currus aptabit & vna
 Iunget equos non apparens, coram hostibus vsquam
 Sic ergo existis infandis ibimus oris
 Vrgana, quas hic audini adeò esse remotas
 Ut citra libycas distemus deniq; syrtes,
 Nec longe à Tritonis aquis, ubi labitur amnis
 Infernus Lethes, atq; Hesperides habuere ferentem
 Aurea mala hortum, proqueis Tyrintiùs heros
 Dicitur occidisse ferum, magnumq; draconem.
 Nec procul à templo Ammonis quod syrtribus vnus
 Est locus humescens, viridantiq; arbore rarus.
 Axis ubi non apparet, sed mergier Arctos.
 Æquore, ubi nobis vmbra vertuntur in austrum,
 Si nescis, iuxta Leptis sumus arua tepentis
 Aduersa arenti Berenici, ubi puluere venti

i. Inuisibi-
 lis etiã red-
 ditus sicut
 nos, magis
 illis.

Corpora viua tegunt, reteguntq; repente leuati.

A patria quantum distes nosce ergo, viarum

Quantaq; sub terra dederit compendia vobis

L. Atalātus. Merlini ille nepos, remeandi haud iam locus vltra est

Vnde venis antro, Vrganae soror altera nequam

Conscia speluncam, & fluumium custodit opertum.

Hec ex Alsinae audiui inconspecta ministris

Plura ego nec potui, quae inter se verba latebant

Audire, ergo operam demus mora nulla salutis

Consilio nostrae, maga femina sorte priusquam

In nos quid misset, sic bella effante Phibena

Albani montis dominus stupefactus, & anceps.

Astitit Angelica visa, fore namq; putabat

Vrganam, sic atq; nouo iam captus amore

Rinaldus vi-
sa Angelica
cuius vul-
t. s. sibi
adaptarat

Immemor Vrganae, eiusdem quae erat autor amoris,

Consilio assentitur ei, atq; amplexus vtramq;

Vrgana, cā
tamento se
esse decep-
tum noicit
& de fuga
cogitat.

Præcipue Angelicam, quam valde ardebat eodem

Igne vt Erictho, etenim similes operantur amores

Cantati potus eadem nam causa manebat

Scilicet effigies eadem, nihil ergo moratus

Rinaldus, visa spernens Galafronide bella

Amplius Vrganam fictum vt probare decorem,

Mox, vt ea, humano se abscondit lumine, tendunt

Vna intrantq; casam nemoralem, vbi frater, & vna

Bella puella aderant, latebris exire parantes

Ireq; ad Vrganam, lituis toto vndiq; luco

Et

Et resonante lyris, fratrem ergo Albanus heros,
 Et Philomenæum, & socios, fidumq; gigantem,
 Clam loquitur. socij & frater fortissimeq; vna
 O Philomenæ atq; ô tu super omnibus armis
 Consilioq; potens Morganor, scitis ab oris
 Tantum distemus patrijs, ego credere quantum
 Nunquam possem equidem. Casij si montis arenis
 Non longe sistamus, vbi iam perditur Arctos
 Atq; vbi solstitij signorum diuidit orbem
 Circulus, exiguas & vbi sol efficit vmbas,
 Scitis & vna etiam Vrganæ nos esse dolosis
 Nunc irretitos verbis, fictisq; figuris.
 Queis nisi forte fidem datis en formosa puella
 Fingentem cuius fulgentia vidimus ora
 Vrganam, similesq; modos similesq; loquelas.
 Haud mora quare omnes studio decet illico summo
 Maturare fugam dectos super aëre curru
 Quadriungo Vrganæ, quem tu regere arte valebis
 Morganor, consuetus, equosq; adiunge volantes
 Humana ora latens fatali hoc carmine, fatus
 Edit Eriethonium carmen (dictante Phibena)
 Nemo aliumq; videt, dictis Athleta fidelis
 Paruit omnino, nam non Ignarus, Erietho
 Auratum reperit currum, cui iungit equosq;
 Quattuor alipeædes, qui mox nouere priorem
 Aurigam, Morganor eis moderarier ante

Sepe solebat enim, princeps Vrgana iuberet.

Equi Vrgana
na geniti
ex femine
equorum in
foliis sine
dæmones.

*Quadrupedes (aiunt) istos ex solis equorum
Semine productos Circeq; fuisse repertos*

Inq; manum Vrgana à multis venisse diebus,

At alij Vrgana accitos fore demonas, ipsa

Et cogente in equos sese vertisse volantes.

At Morganor equos aptos pernicibus alis

Ad currum iungit tacite, super atq; Philenam

Et locat Angelicam, ascendunt cum fratre Richarto

Rinaldus
& Philena
& Angelica
& Richartus &
tadem omnes
comites fartiuè
fugiunt in
quadritu-
go Vrgane
Morganore
moderã
te equis
volantibus.

Rinaldus, celeris Baiarti, propter amores

Potibus excitos magicis, oblitus, & una

Ascendunt Philomenaus, pauciq; sodales.

Omnes accincti gladios, simul atq; repositis

Armis in curru nitidis, ea cura Richarto,

Tum subito Morganor equos instructus & audax

Verberibus feriens cum curru extollitur auris.

Rinaldoq; monente oras moderatur habenas

Ad Gallas, verum populorum ambagibus omni

Parte apparentum, nescit quatendere possit.

Descriptio
populorum
& vrbium
quas sub se
vident ex
aere excel-
so.

Illinc nam Psyllos, quæis non nocuere venena,

Incultosq; vident Garamantas, & æsibus vstos

Æthiopes, Ægypti vrbes, atq; ostia Nili,

Illinc & Casios, & Libyes vicinius oras

Extremas, Paphon, atq; Cypron, conterminaq; Austro

Omnia regna, illinc & mœnia Cyrennarum,

Et Cylices sub se spectant, portumq; Celendras,

Vnde

Unde vident Tigrim, Eufratem, quæ flumina campos
 Assyrios, Scyticosq; rigant, subseq; fluentem
 Ad Taurum Dipfanta vident, paruaq; Phaselim,
 Sub se & Pamphiliam medio volitando relinquunt
 Equore, prætereunt Licios Thelmesidos vnde,
 Et Rhodon, & Guidon, Samiorumq; ardua saxa,
 Hinc super eoo Colophonem littore cernunt
 Lidorum, tranantq; Ephesum velociter alto
 Ionio, Icarie & populos post terga relinquunt,
 Zeumaq; Pelleum, Ægyptum quod diuidit oris
 Parthorum, Cantes Chias, Asinesq; sonoras,
 Secessus Scyticos, Medos, Chaldaeq; regna,
 Qua pelago accedunt Ganges, Nisæus, Hydaspes,
 Trans Pharon, & Syrtes, volitant, pontumq; Scytarum
 Sese curuantem giro, dein atq; Canopum,
 Iam Syriam & retinent, & visa Bosphoron Arcto,
 Thesaliam à leuaq; vident, medio equore, necnon
 Leucadiosq; sinus, & regna Liburnia, Lesbon,
 Corcyram, Ioniumq; mare, & gratissima Tempe,
 Hermophilas, Larissam etiam, qua labitur amnis
 Peneus, Stigijq; fluens Titareffus ab undis,
 Quarigat Ebenus necnon Chalidona fluentis,
 Qua fundit Sperchios aquas, qua labitur Æas
 Paruus in Occasum, Æsopoq; immistus Enipeus
 Pharsali, Pompeius vbi est à Cesare victus,
 Qua fuit atq; Melas, de Tempe fontibus orta

Flumi-

Flumina, Echionias Thebas exinde videntq;
 Cæsus vbi fuerat matris crudelis Agaues
 Pentheus, à manibus, Philacem dein atq; tuentur
 Protefilai urbem, Melibaam vnaq; Pharetris
 Insignem, necnon & flebile Dorion ira
 Pieridum quondam, Pindonq; & Pelion, offam,
 Candauiamq; etiam, excelsos ex aère montes
 Epiri aspiciunt, anceps aurigare voluit
 Ad dextram taciturnus equos, Ægyptia rursus
 Littoraq; apparent, necnon Rhodos insula grata.
 Præterit hinc Asiam, sub se videt atq; super bis
 Possessam Arfacidis Troiam, dein ante supremum
 Ilium, & Hesionescopulos, quibus illa feroci
 Monstro obiecta fuit, sed post erepta potente
 Hercule, & inde super Rhetæum deniq; montem
 Adnolat, Æacides fuerat qua parte sepultus,
 Ad Symoentis aquas volitat, sigæiaq; vna
 Littora Achillis vbi fuerat certamen ob arma
 Inter Vlissem, acrem necnon Telamone creatum.
 Inde apparet eis spatiosa propontis, & altum
 Euxinum, medio nec longe ex æquore magna
 Chalcedon, vnde & litui vox atq; tumultus
 Æraq; quassa sonant, hastarumq; aère summo
 Frustra videntur eis erata cuspide clara,
 Obscurari etiam currentum puluere celum.
 Tunc sic aurigam Rinaldus fatur ad ipsum.

Iam sat terrarum, & marium, tranauimus auris,
 Nocte, die, vigiles, vasto terrore puellis
 Exanimis insueti iteris, quæ assumere paucas
 Non potuere epulas, se iam periisse putantes
 Nunc terris, nunc & ponto, nec flectere cessant.
 Me precibus, sistamus equos quæ apparet ad urbem
 Alipedes, terraq; animos recreemus & ora
 Reginis stupidis, satagoq; ego nosse sonantum
 Armorum strepitus, mibi mens præsaga quiritem
 Nunciat esse aliquem nostro de sanguine in urbe
 Hac apparenti seu sit Milionius heros,
 Marchio siue suus læuir, seu noster amicus
 Filius Octonis, siue alter quisquis eorum.
 Paruit actutum dictis Morganor equosq;
 Aligeros loris gyrans ex aëre celfo
 Descendit sensim terra, velut ales in orbes
 Assiduos sese voluens, in deniq; paruum
 Descendit gyrum, non secius ipse quadrigis
 Labitur auriga in lucos vastoq; recessu
 Currum & sistit equos, mox omnes ore supino
 Reçtori celi grates, tanto esse periclo
 Incolumes, reddunt, quoniam sed sole tenente
 Hircocerum gelidum Oceani se iamq; sub vndis
 Abscondente, vrget frigus vehementer opaco
 Secessu, currus inibi Morganor omittit
 Proceram ad pinum, alipedes curruq; solutos

Rinaldes &
 puella &
 comites
 descendunt
 in lucum pro
 ximum: Cal
 cedoni ubi
 erat Relan
 dus & Oli
 uer infestis
 & iudis
 equestri
 bus.

Corri-

Flumina, Echionias Thebas exinde vident q̄,
 Cæsus vbi fuerat matris crudelis Agæus
 Pentheus, à manibus, Philacem dein atq; tuentur
 Protefilai urbem, Melibæam vnaq̄ Pharetris
 Infignem, necnon & flebile Dorion ira
 Pieridum quondam, Pindonq̄, & Pelion, offam,
 Candauiamq̄ etiam, excelsos ex aëre montes
 Epiri aspiciunt, anceps aurigare voluit
 Ad dextram taciturnus equos, Ægyptia rursus
 Littoraq̄ apparent, necnon Rhodos insula grata.
 Præterit hinc Asiam, sub se videt atq; super bis
 Possessam Arfacidis Troiam, dein ante supremum
 Uinum, & Hesiones scopulos, quibus illa feroci
 Monstro obiecta fuit, sed post erepta potente
 Hercule, & inde super Rhætæum deniq; montem
 Aduolat, Æacides fuerat qua parte sepultus,
 Ad Symoentis aquas volitat, siḡeiaq̄ vna
 Littora Achillis vbi fuerat certamen ob arma
 Inter Vlissem, ac rem necnon Telamone creatum.
 Inde apparet eis spatiosa propontis, & altum
 Euxinum, medio nec longe ex æquore magna
 Chalcedon, vnde & litui vox atq; tumultus
 Æraq̄; quassa sonant, hastarumq̄; aëre summo
 Frustra videntur eis erata cuspide clara,
 Obscurari etiam currentum puluere celum.
 Tunc sic aurigam Rinaldus fatur ad ipsum.

Iam sat terrarum, & marium, tranauimus auris,
 Nocte, die, vigiles, vasto terrore puellis
 Exanimis infueta iteris, quæ assumere paucas
 Non potuere epulas, se iam perisse putantes
 Nunc terris, nunc & ponto, nec flectere cessant.
 Me precibus, sistamus equos quæ apparet ad urbem
 Alipedes, terraq; animos recreemus & ora
 Reginis stupidis, satagoq; ego nosse sonantum
 & armorum strepitus, mihi mens præsaga quiritem
 Nunciat esse aliquem nostro de sanguine in urbe
 Hac apparenti seu sit Milionius heros,
 Marchio siue suus leuir, seu noster amicus
 Filius Octonis, siue alter quisquis eorum.
 Paruit actutum dictis Morganor equosq;
 Aligeros loris gyrans ex aëre celfo
 Descendit sensim terra, velut ales in orbes
 Assiduos sese voluens, in deniq; paruum
 Descendit gyrum, non secius ipse quadrigis
 Labitur auriga in lucos vastoq; recessu
 Currum & sistit equos, mox omnes ore supino
 Reçtori celi grates, tanto esse periculo
 Incolumes, reddunt, quoniam scd sole tenente
 Hyrcocerum gelidum Oceani se iamq; sub vndis
 Abscondente, vrget frigus vehementer opaco
 Secessu, currus inibi Morganor omittit
 Proceram ad pinum, alipedes curruq; solutos

Rinaldes &
 puella &
 comites
 descendunt
 in lucu pro
 ximum: Cal
 cedoni ubi
 erat R. lin
 dus & Oli
 uer infestis
 & ludis
 equestri
 bus,

Corri-

Corripuens loris, socios, qui fulgida iamq;
 Arma sua induerant, geminas vnaq; puellas
 Illustres ducit per inhospita & aua luci,
 Et tandem accessere casas luco vndiq; circum
 Obsessas, quarum iam claudere nocte volebant.
 Ostia, anasq;, duo & iuuenes, qui lumine primo
 Visas reginas clarosq; heroas iniqua
 Indignabunda vetula excepere libenter
 Hospitio, alipede sq; simul posuere paratum
 Ad praesepe foras, intus reperere puellas
 Quattuor insignes forma quas ore salutant
 Lucando heroes necnon Urbana Philena.
 Angelica atq; etiam coena sed deinde peracta
 Quisq; armis nitidis positus, iuxtaq; relictis.
 Defessi occubucere omnes, primumq; puelle
 Per se ambae, circumq; viri, Morganor, vterq;
 Atq; Ammone satus, pubes & cetera, totam
 Qui noctem atq; diem somno iacuere sepultri

LYRAE HEROYCAE

LIBER OCTAVVS.

ARGVMENTVM LIBRI VIII.

RInaldus, Richartus, Philena, Angelica, Philomenæus, Morganor, cæterique Philenæ comites, quadrigis volantibus in nemus proximum Calcedoni descendunt casamque inuentam nemore ingrediuntur, vbi viros & puellas proceres reperiunt, ibi ergo epulati quiescunt noctu, crastina die quidam hospitem qui in nemoris casa inuenti fuerant, narrat Rinaldo, & sodalibus festa & certamina equestria, quæ Calcedone fiebant ob Dorotheæ incolumitatem, narratque quo pacto erepta fuerit à monstro marino, triû fortium virorum, qui illac appulerant, auxilio Rinaldus propter indicia cognoscitvnum eorum fore Rolandum, Angelica id intelligens euane scit virtute carminum Philenæ, Angelicæ absencia Rinaldus multum dolet quem solantur, tum Philena, tum hospes qui vocabatur Trasibullus à quo narratur casus rarus qui cuidâ puellarum acciderat Calcedone, quoque modo ob illius amorem Furibundus errabat quidam vir nobi-

nobilis Calcedonis qui vocabatur Cariclēs per illū lucum, causamque omnino refert, quibus auditis Rinaldus socijque querunt virum illum furore correptum eum Leone implexum inueniunt à quo eripiunt illum, ligatumque ducunt ad castram nemoralem, qui visa sua amafia respicit, deindeque omnes tribus diebus ocia captant. Interea Vrgana & Alfina sorores se spectas illusaque fuisse à Rinaldo & sodalibus valde insolescunt, præcipue ob raptum quadrigarum & interitum Terrani, idcirco Farfello demone duce per auras se referunt in Galliam, sed non Reperto Rinaldo & suis conueniunt Galaonem qui cum inito fœdere, Hispaniam adeunt, conueniunt regem Marsirium, irritantque ad bellum contra Carolum, vnde remeantes Galliam simul incitant Agramantem eiusque principes qui tunc Arelate erant. Tandemque vtrinque hostes aptant se ad bellum describuntur insignia armorum quibus quisque principum insignitus ibat.

A L L E G O R I A.

SVb casu quem narrat Trasibullus Rinaldo referens amores Cariclis & Doridis, intelli-

don

ge

ge ex odio, & maleuolentia, semper euenire
 quam plurima mala & detrimenta, homicidia
 & scandala, sub personis Vrganæ & Alfinæ ma-
 gicarum quæ per auras vectæ à Farfello dæmo-
 ne magna cum indignatione inuestigabant Ri-
 naldum & suos, intellige, odium & vindictæ de-
 siderium esse comites dæmonijs, qui male-
 uolentias plus irritat & inflammat vt
 inde eueniant diuersa malo-
 rum genera.

LYRAE HEROYCAE

LIBER OCTAVVS.



*T tandem sesei heroes Ammone creati,
 Et Philomenæus, necnon Morganor & vna
 Angelica, atq; suis etiam comitata Phileua*

*Militibus paucis, ceperunt ocia, vires
 Atq; refecerunt peragrato ex æthere lassas
 Insuetâq; via, tum sic Albanius heros
 Hospitij iuuenes stupidos super ora Phileuæ
 Et plus Angelicæ verbis rogat ocyus istis,
 Quam prius ad lucos, vicinam accedereq; urbem
 Hanc, voluissimus, strepitus audiimus armis.
 Complures quoniam fieri, belliq; tumultus,*

R

Dici-

Dicite praeclari iuuenes, quae causa sit horum.

Quitanti, fortes & adhuc, quos sentio motus

Si scitis? ni nos veluti turba aduena forsan

Estis in his oris? senior respondit eorum

Cum socio, timidis cum quattuor atq; puellis,

Miratus Morganoris vastissima membra.

Magnanimi heroes, quorum praesentia monstrat

Virtutem, atq; genus, quos nunc auditis & vna

Audistis nuper strepitus, resonanti, q̄, era,

Nuncia festorum sunt & certaminis vna

Armorum, quod in hoc populo plerisq; diebus

Regis Prusiadis iussu fit, gaudia propter

Magna suae nata erepta ex ingente periclo

Insignis dextra herois, qui huc venit ab oris

Eois, geminis socijs comitatus acerbis.

Horrendum certe visu & mirabile monstrum

Littora ad haec ponto Euxino peruenit ob iram

Sive Dei vltoris nos contra, aut deniq; fato.

Deuastabat agros, hominesq; vorabat, & vrbes

Depopulabatur, donec qui his regnat in oris

Concilio facto rex protinus ipse iuberet,

Femellas septem monstro praebere quotannis,

Bityniae regni sortitas vrbibus omnis.

Casu hac vrbe super nata maiore tyranni

Sors cecidit, monstro obijcitur mox rupe ligata

Ad mare virgo nitens, sed cum fera bellua visam

Rinaldus
postquam
cum puel-
lis & fratre
& socijs cō-
decenderūt
ex curru
equorum
volantium
ingredian-
tur in lucū
Calcedonis
& dein in
caſam luci
illius, vbi
ipſe & co-
mites cer-
tiores hū-
festorum &
Iudicrarum
contētioniū
quæ fiebat
in vrbe Cal-
cedone &
ex diētis
hospitis
Traſibulli
coniiciunt
in ea vrbe
eſſe Rolan-
dum.

Ad prædam vellet volitare hinc, inde Colono
 Effugiente metu deserto littore circum
 Innumeris stadijs, en tres virtute potentes
 Seu Deus, aut fortuna iuuaus huc appulit illos.
 Accedunt monstro, induti fulgentibus armis
 Heroes, gladijsq; ruunt vehementer in illud.
 Tandem ipsorum vnus fortissimus ore draconis
 Transuersus secuit ferro lethaliter ingens
 Per guttur, cecidit monstrum exitiale peremptum
 Incolumi omnino numero res mira, virorum
 Tantorum, tandem soluunt de rupe puellam
 Semianimem, accedunt naues cum principe claro
 Ausonio, bellæ connubia nempe puellæ
 Hic sperarat amans, patrijsq; aduenit ab oris
 Propter eam, dubijsq; pater rex littore bigis
 Operitur cætu procerum, natamq; suprema
 Letitia incolumem, tres atq; amplectitur vna
 Heroas, secumq; & nata exultat habere
 In curru, regina dein stipata puellis
 Principibus multis, ollis venit obuia, festis
 Grandibus exultat tellus, belli æmula fiunt
 Quattuor assiduos menses certamina, ab oris
 Diuersis venere viri contendere in armis
 Cum tribus his validis heroibus, attamen hasta
 Vnius occiderant ferme congressibus omnes,
 Rhamontem præter validum, præterq; gigante

Serpentinum, & Halis fluuij præterq; Creontem,
 At Rhamon, pariterq; Creon, certando potenter
 Occubuere ambo gladijs male vulnera passi.
 E media & cunctis coram cessere platea.
 At Serpentinus quoniam finire duellum
 Non potuit cum heroe illo (discedere certe
 Rex edixit eos) in caelum iurgia iactans
 Discessit: certaminibus, festisq; peractis,
 Victorem contra sperans se Marte probare.
 At nunc Ausonius tanti pars maxima festi
 Connubio sibi postulat adhuc reducem Dorotheam.
 Stat genitrice tamen regina, & patre tyranno
 Decretum, soli dare eam qui adquirat in armis
 Externo cum heroe decus, sit deniq; talis
 Viribus ut possit cum illo tolerare duellum
 A mane ad noctem, nuper certamen ad istud
 Accessit regis Sardorum filius ostro,
 Armisq; insignis, stipatus milite multo,
 Sidonia audito Sardorum principe, terra
 Semianimis cecidit nequiens perferre dolorem,
 Sat memor opprobrij quod ei Lodoricus inique
 Fecerat, & mortis matris, patrisq; malorum
 Se propter, tum Rinaldus, fraterq; Richartus,
 Et socij, noto casu erexere Philenam
 Nunc placidis verbis, flagrantibus & preciosis
 Nunc condimentis, patria quæ ex Vrbe Philena

Prouida adhuc secum tulerat, cui iamq; tenenti
 Vitales auras spondet, iuratq; Ricbartus,
 Nec se, nec fratrem, regno discedere ab illo,
 Donec vindictam Loderico à principe sumant.
 Sic fantem iuuenem medio sermone Philena
 Casu interrupto rogitant Ammone creati.
 Quæ sit ei heroi victori forma? quod inquam
 Indicium in vultu? quæ sit structura suorum
 Membrorum? signa herois victoris, & arma.
 Nota statim fecit iuuenis Bithynius illis,
 Et sociorum etiam non inmanifesta suorum
 Indicia ediderat, sed se nescire fatetur
 Heroum patriam, noscunt Ammonia proles,
 Et Philomenæus, saltem Galafronia virgo,
 Ex signis fore Rolandum, sed mente latebat
 Inter eos, noto Angelica ast hoc leta fuisset
 Nomine, se tantum nisi se sentiret amari
 Rinaldo, comitemq; illi se deniq; longa
 Esse via, non hoc esset tolerabile claro
 Rolando, sibi deserto raptoq; potente
 Et celeri Briadoro eius, tandemq; futuram
 Se causam litis, nec non odijq; supremi,
 Cognatos inter, hæc secum mente volutans,
 Fronte super magicis impostis versibus illis
 In luco Vrganæ docuit quos bella Philena:
 Cunctorum ex oculis subito dilapsa per urbem

*Chalcedonem intrat, tot publica forte videre
Festa, deinde simul fugere ad sua regna paterna.*

Angelica
inuisibilē
se faciens
effugit à Ri-
naldo,

*Hac meditant aliter sed res euenit, vt vltra
Sors sua constituit, bella hæc dum Virgine fiunt
Heroes omnes aptant se protinus armis
Et gladijs, iuuenemq; rogant dux vt sit eorum,
Chalcedonem vsq; hanc iuuenis sibi carpere curam
Non dedignatur Trasibullus, equosq; potentes
Aligeros stratos subeunt, sumuntq; puellas
Nempe suam quisquis, quantos at senserat heros
Albani montis sibi deficiente decora*

*Angelica, minimeq; vsquam apparente, dolores
Nec iam propter equum Baiartum nuper omissum
In luco Vrganae, satagit, sibi deesse ve tali
Tempore conqueritur, tantum meditatur amores
Excitant animo cantataq; pocula flammæ
Assidue, vsq; adeo furijs agitur amoris*

Rinaldus
impatiens
absente An-
gelica,

*Angelica, vult atq; amens ad tecta redire
Vrganae, increpitatq; simul se concitus ira
Deseruisse illam, magicis maledicit & vna
Carminibus se qua docuit Phœnissa puella.
Ignis amoris eum tandem sic impatientem
Omnino nec se socys celare valentem*

Philena so-
latur Rinal-
dum depe-
rientem An-
gelicam

*Solantur comites, super omnibus atq; Philena,
Quæ promittit ei Angelicam, latitare nec (inquit)
Se sine posse diu, noto Trasibullus amore*

Tales commemorat casus in amoribus agro
 Rinaldo, quoniam ô hospes charissime nobis
 Afficio affluctum te nunc vehementer amore.
 Euentum hic audire velis qui nuper amanti
 Acciderat iuueni super hac presente puella
 Quam tribus his alijs pulchram plus esse notasti.
 Chalcedone ista, quam nunc proficiscimur, vrbe
 Insignis iuuenis prestanti corpore, & aenis,
 Clarus erat viuento potens vtroq; parente
 Diuite, & illustri, quibus hæc vicina puella
 Filia Mercatoris eum sic vrere amoris
 Assiduis flammis iuuenem, sic vincereq; vna
 Ardentem potuit, quod spretis mille puellis
 Multorum procerum tantum ille incumberet vni
 Huic mercatoris natæ, quam deniq; patris
 Ex æde arripuit, nimumq; parentibus eius
 Duxit eam, inuitis, patruiq; locauit in æde
 Virgine vbi potitur, non paucis inde diebus
 Exactis, patre iamq; suo moriente, puella
 Hac iam vxore sua remeavit matris inique
 Atria, & vtinam nunquam quid tale putarat.
 Namq; adeò scelerata nurum socrus impiaq; vna
 Persequitur scelus hoc vnum vt patrauerit ingens,
 Forte absente viro prima cum nocte soporem
 Mollem ignara nurus captasset socrus ad eius
 Tres humiles homines abscondit dira, cubile,

Traßbull^o
 hospes Ri-
 naldum so-
 latur exem-
 plo alteri^o

Mox stipata Urbis pratore simulq; ministris
 Intrat, e gena nurus qua dormitabat, in aulam
 Et subito foribus reseratis, atq; fenestra,
 Tres homines circum quasi surrexisse cubili
 Apparent seminudi se veste parantes
 Induere, ad strepitum infelix insonsq; puella
 Ora leuat, iuxtaq; videt se stare viros tres
 Vestibus & vultu infames, socrumq; malignam
 Coram pratore & turba veniente tumultu
 Crimine adulterij sese accusare, nefandum
 Crimen acerbantem, fœdi intereaq; ministri
 Arripiunt illam, tractantq; immaniter vna,
 Ancilla Æthiopis quam contexere vetustis
 Vestibus attritis maculatis vndiq; tetra
 Labe culinarum, teneris & vincula plantis
 Adiungunt, mediæ atq; Urbis per compita ducunt,
 Atq; arce occludunt cæca, & custode tuentur.
 Omnes conciuēs maiores atq; minores
 Auerſi casus miserati in plura trahuntur
 Iudicia, & rumor tandem est finxisse Medoram
 Tale scelus nurui propter memores hymenæos
 Tam sibi displicitos nati, atq; in mente recepti
 Ob vindictam odij contra natumq; nurumq;
 Interea hæc fiunt dum Chalcedone, Medora
 Ignaro euentus talis sua nuncia nato
 In Bizantina qui tunc erat vrbe, decoræ

Korinonā ~~son~~ parans insigniaq; ostra
 Misit, ut inde statim Thebas transfret ibidem
 Fugeret esse suum fratrem qui nuper ab ipsis
 Discessit, profugus, varijsq; errabat in oris,
 Hæc nato scripsit plus ut discederet inde
 Apatria, ne forte necem prohiberet amore
 Excitus vxoris, ne, & quæ iam fama volabat
 Sciret tale nefas, nuri quod iniqua pararat.
 Reddidit his certum dictis vir missus Ephebum
 Omnino ignarum, cui chara plura roganti
 De sponsa addiderat multi fragmenta leporis,
 Inuitus matris inssu qui deniq; Thebas
 Tendit Echionias fratrem dum quæritat illac
 Ne quicquam sponsæ mittens insignia amoris
 Culta auro & gemmis nitidis quam plurima dona,
 Sic ex Bizancys & nuncius atq; Caricles
 (Hoc etenim sponsum iuuenem cognomine dicunt)
 Diuersis abiere vijs, accessit ad urbem
 Nuncius hanc postquam, iudex, instante Medora,
 Dorida damnauit morti, sic nempe vocabant.
 Infelicem illam sponsam, sententia lata est.
 Cui super addiderat non deniq; criminis huius
 Omnino certus iudex, si forte dierum
 Viginti spacio quisquam pugnasset ob illam
 Defendendo suam causam, tuleritq; Trophæum,
 Ille puellam habeat secum loca ad omniaq; vna

*Ad libitum ferat ille suum, modo viuere in Vrbe
 Hac, cum illa nequeat, sed si certamine forte
 Victus erit, tradat victor contrarius illam
 Deinde viro, ex vxore sua qui fecerit vltro
 Omne sibi placitum, tum protinus ipse dicatum
 Ingredior campum defendens crimine ab isto
 Fraude sibi imposito castam sine labe puellam,
 Attamen vna dies iam præterit, alteraq; vna,
 Ne me sperantem contra quem cerno venire
 In campum, factò nisi iam quasi vespere, quidam
 Quadrupede irrueret celeriatq; insignis in armis
 Par hasta gladioq; mihi, quem dira Medora
 Miserat Androgei fratris qui filius eius
 Heliodorus erat, primis congressibus illum
 Projicio in terram lethali vulnere prorsus
 Transfixum, quem dantem animam tellure leuarunt
 Cognati fletu comites mandante duelli
 Iudice, victorem qui me manifestat in omni
 Vrbe, inbetq; simul reducem mihi Dorida tradi
 Vestibus ornatuq; suo velut ante nitenti
 Indutam, iniustam cuncti damnantq; Medoram
 Que præ ingente odio furijs agitata nefandis
 Quattuor interijt, scelus hoc confessa, diebus.
 At tres infandos testes rex iusserat igne
 Comburi viuos torturis crimen aperte
 Confessos, mihi iamq; datam dein sumo puellam*

Sponte mea, quam matre suatribus hisq; puellis
 Stripatam extra urbem, edixit sententia sicut,
 Effero, desertaq; domo nemora inter opaca
 Hac intactam illam solo hoc clam obseruo ministro
 Qualibet hebdomada, qui nobis omne necesse
 Vrbe vehit, sic atq; diu dum spero Cariclem
 Ut venient: illi tradam sibi sponte puellam
 Vxorem, venit ecce ille, atq; vbi matre perempta
 Vxorem nusquam reperit, scijt atq; vbi tandem
 Omnia quæ acciderant, alij & quoq; Dorida charam
 Esse datam, quas & raptam nesciret in oras
 Hoc etenim tantum potuit sic perdere amore
 Coniugis ardentem tædisq; iugalibus ipsum
 Ut mox omnis ei sensus mens atq; dolore
 Præ nimio vxoris raptæ reuoluta fuissent
 Spe sine habendi illam, nec quærens amplius, vxor
 Effet vbi, mora nulla amens & diuagus omni
 Vrbe furit, lacerat vestes, ferit obuius vna
 Quosq; viros, nuper geminos sibi prole propinquos
 Occiditq; viros, tandemq; coactus ab vrbe
 Fugerat in scopulos, veluti lupus, atq; cruentas
 Incoctasq; vorat carnes, vlulatibus omnes
 Pastores terrens pauidos tenet, atq; colonos,
 Nuper ad hanc eadem accessit, quem fuste fugamus
 Ipse comesq; meus, placidis gratisq; loquelis
 Conati suadere prius, sed forte necasser

Me comitemq; meum, nunc atq; timemus eundem
 Hac venturum, ideo sedem mutare paramus
 Atq; redire urbem iniustum soluente tyranno
 Exilium, tibi clare hospes memorare Cariclis
 Fortunam aduersam volui, ne propter amorem
 Sollicitere adeo, quod sic iacteris ut ille.
 Exiguum qui si tempus toleraret amando
 Vxorē reducem tulerit charisq; hymenais
 Heres æde omni matris poteretur iniquæ.
 His Rinaldi animus dictis bellæq; Philenæ
 Pollicitis mitis plus redditur, ignis amoris
 Nec sic vrit eum Angelicæ spe fretus habendæ
 Quam cito, & amentis motus pietate Cariclis
 Hic (ait) inquiramus eum per in hospita luci
 O socij, iuuenem, dirum est sic linquier illum
 Nudum errare locis aspris, animalibus escam.
 Spero etenim reducem videat si Dorida, menti
 Mox remeare suæ facile nam possumus illum
 Ducere si inuitum, dicenti protinus omnes
 Heroes parent, nemorali atq; æde puellas
 Linquentes famulo & comitatas fratre Richarto,
 Hospite ducenti Trasibullo per nemus omne
 Vestigant iuuenem & tandem reperere, Leonem
 Contra immanem vnum, iactantem immania saxa,
 Quem Leo sternit humi præacuto & dente scidisset
 Actutum, nisi Rinaldusq; & cætera pubes

Irruerent strictis gladijs, quem iamq; Leone
 Vndiq; transfixo eripiunt, validisq; rebellem
 Crura manusq; ligant vinculis, & pelle Leonis
 Indutum, nemoris deserta ad tecta reducunt.
 At postquam lymphæ dulcis, tepidæq; lauacris
 Abluerant, pauere cibiq; humentibus illum.
 Nigrantem Helleborum inuenit quem docta medendi
 Arte, Philena, casas iuxta, cum melle propinant
 In potu, replet ille alui fortentibus atris
 Fœcibus omne solum & tolerans fastidia multo.
 Dein leuius, mea Doris vbi? (rogat ore quieto)
 Nunc manet? hæc alia atq; simul rogitare volente
 Coram Doris adest fidi^{bus} ~~manu~~ suauiter albæ
 Ostriferâq; manû tangens, ~~et~~ gutture cantus
 Cygnæo expromens, ternis stipata puellis
 Et matre, aspecta formosa vxore Caricles
 Redditur omnino menti atq; absolute (dixit)
 Me vinculis, sinitoq; meis me Dorida bellam
 Amplecti manibus, quem mox soluere sodales,
 Atq; vbi lauerunt Trasibulli vestibus illum
 Capsa obseruatis ornarunt, deniq; festis
 Absumunt lucem & celebrant conuiuia læti
 Diuersis epulis, preciosaq; vina coronant.
 Interea vxori amplexus dareq; oscula Dori
 Non cessabat adhuc coniux, sua brachiaq; inter
 Contrectare illam, nec non & reddere grates

Recta cura
 tio furiosi
 Cariclis.

Pro

Pro tanto hospitio, pro tantis rebus honoris.
 Quas sibi suffecit, Tra sibullo, ac deniq; cunctis
 Rinaldo, & socijs, multa at suspiria corde
 Angelicæ memor edebat Rinaldus ab imo.

Digressio
 ad bellum
 Parisiense.

Sed præsta, heroas me linquere, musa, parantes

Lituris
 i literis aut
 vocibus
 magicis.

Se Chalcedonis valida ad certamina, fortis
 Stat Rolandus ubi, dominus pariterq; Viene
 Marchio, fatalis necnon atq; acer Orillus,
 Atq; ubi bella errat Galafronis filia, cunctis
 Ora negans magicis frontem redimita lituris
 Nunc ad Leucoteam, Gallas da carmen ad oras.

Agramas Libyci & reges, ubi bella frequentant
 Aduersus Carlum, tentantq; euertere prorsus.

Addiderat bello stimulos irata potenter
 Vrgana ob spretam formam, furtumq; suorum
 Alipedum, & currus, Terrani & deniq; cedem,

Vrgana ira
 ta contra
 Rinaldum
 & comites
 ob sui con-
 temptum
 & raptum
 equorum
 voluntium
 ad castra pa-
 risiorum
 redit vecta
 in aëre à
 Farfello de-
 mone &
 Afros re-
 ges in fu-
 rias irritat
 contra Car-
 lum.

Et raptum Angelicæ, quare exagitata dolore

Et senis furijs fratres rata iamq; sodales

Ad Gallas volitasse oras. super aëre fertur

Demone Farfello, Alfina comitata sorore.

Atq; hac accelerans ne quicquam quæritat illos.

Quare aduersus eos odijs excita nefandis

Vindictæ ingenti studio, furia vrget acerba

In Carlum, reges Libycos, validosq; gigantes,

Vsa beneficys necnon & quemq; seorsum

Conueniens, saltem Troianorege creatum,

Stabat

Stabat adhuc oris hic Gallis, inde fugam clam
 Nempe parans, atq; heroas compellat acerbos
 Falsirone satum & Gridassum ardentem in acrem
 Rolandum iratos, necnon Bradagmanta decoram,
 Quorum vni dederat Briadorum, alijq; potentem
 Baiartum (vidistis enim dimiserit illum
 Rinaldus luco Vrganae, Briadoron at vna
 Cum bella Angelica Alsinam rapuisse dolose)
 Vrgana at postquam soror atq; Alsina tyrannos
 Iam belli residues renouarunt prorsus in iras
 Indomitas contra Carlum, populosq; fideles.
 Ad Galaonem exin tendunt qui stabat in vrbe
 Leucotea exhilaris certe ratus esse peremptos
 Ambo Ammoniadadas necnon Milione creatum.
 Et quoq; Oliuerum, quem sic comitante sorore
 Vrgana alloquitur, Theomilla illustris origo
 O Galaon salue, quem nos Vrgana sororq;
 Alsina ingentem te erga seruamus amorem
 Sponte diu, longis accedere cogit ab oris
 Compellare quidem te, Afros vnaq; tyrannos,
 Obsidione vrbem Carli iam nuper habentes
 Quos vbi, conatu haud paruo, conuenimus, vna
 Iuuximus atq; omnes magni Agramantis in arce
 Quam breuiore putes spacio decreuimus ambæ
 Inde ad te posita mox suspitione venire,
 Scimus enim quantis odijs quot cædibus atris

Vrgana Ga
 laonem ad
 se alliciens
 alloquitur.

Teq;

Teq; tuosq; simul fuerint sine fine secuti
 Haectenus ex animo Palatini, Albanus heros.
 Praecipue & fratres, se nunc occasio tandem
 Apta tibi offertur vindictam assumere dignam
 Ergo hoci. Contra ipsos omnes ergo hoc, tibi venimus ultro.
 causa hac. Propterea mora nulla, statim te conuenit ire
 Nobiscum ad regem Hispanum, qui nunc colit urbem
 Caesaream Augustam, maestum pro cede suorum
 Et pro amissa etiam palma certaminis urbis
 Leucotee quorum causa diffiait in armis
 Nec remeare istas decreuerat amplius oras
 Bella gerens, Germana igitur simul vtraq; coram
 Te modo Mar sirio sistemus opemq; feremus
 Exagitabo etenim (dum illi persuaseris) iras
 In Carlum atq; suos, cum quo veniemus ad urbem
 Agramantis, tum, atq; modum, scis ipse, docebis
 Expugnandi vrbes, aditusq; tuebimur omnes
 Millibus armatis, venientem vt deniq; cedant
 Albani montis dominum, & Milione creatum
 Quos fore non dubito incolumes, atq; ocyus vna
 Huc accessuros, quorum tibi dira ruina
 Imminet aduentu, vitæq; simulq; tuorum,
 Omnis itemq; domus, nobis charissime princeps
 Fide igitur, conclude oculos, horaq; deberis
 Aere Mar sirio coram, cui deniq; mentem

Qui i. quo
 modo.

Ipse tuam, exponens etiam qui vincere Carlum

Possit

Possit, ego irarum flammis agitabo tyranno
 Subtactis, comites & ibi tibi stabimus ambae
 Conuersa in formas inuenimus, mox atq; tyrannus
 Marsirius coniunget equos, & multa viro-um
 Agmina, conspectis queis mox spirabit Agramas
 In bellum, Carlamq; potens superabit & oras
 Gallorum tibi subiciet, quibus ipse tyranno
 Pro Agramante gerens sceptrum iam cede sulactis
 Hostibus inuisis Palatinis, talia fantem
 Audijt Vrganam letus, superesseq; vite
 Rinaldum multum doluit, mox paruit eius
 Consilio omnino, quas sic effarier infit,
 Vrganam dextra capiens, ô grata sorores
 Turba mihi, quando tanti mercede recepta
 Hospitij, vobis meritis impendere grates
 Fors potero, vel si ipsa mihi fortuna dedisset
 Omne suum culmen, nec non natura loquendi
 Omnimodas normas, at quod modo mente valebo
 Atq; opere exoluam, dictis parendo libenter
 Sponte tuis, quare quo nunc, mora nulla, velitis
 Hinc abeamus (ait) meus est ad cuncta paratus
 Nunc animus, modo Rinaldum, fratresq;, sororemq;
 His oculis videam priuatos lumine vite.
 Dixit & vna etiam celeres Farfellus in auras
 Magunti dominum fatales atq; sorores
 Eleuat, Augusta, simul locat vrbe, tyrannus

Marsirius residebat ubi, stipatus equestri
 Cum turba, à luco nam tunc veniebat ameno,
 Postquam igitur solio rex ipse insedit eburno
 Maguntinus herus, geminae pariterq; sorores
 Os, vestesq; viris similes, ingressus in arcem

Galaon à
 magis fo-
 roribus fu-
 bito per ac-
 rem coram
 Marsirio
 dicitur qui
 stabat Cæ-
 faraugustæ
 quem allo-
 quitur.

Marsirij regis Galaonem se esse fatetur
 Gallorum regis comitem, qui motus amore
 Marsirij, Gallis profugus veniebat ab oris
 Consulturus ei imperij de rebus, agendis,
 Deq; statu belli Libyci, Agramantis & armis.
 Qui postquam steterat coram sic rege profatur.
 O cui tota parum est Asia atq; Europa tyranne
 Maxime, ego Galaon qui te plus dignor & opto
 Quam Carlum, venio supplex tibi, criminis omnis
 Suspicionem doli posita, moniturus in hostes
 Quæ te multa decent, pro me sed certior esto
 Vt tuus Agramas, charusq; & fidus amicus
 Heroesq; sui validi, rex atq; Libanor,
 Falsiron suus & natus, rex acer & vna
 Gridassus cum sobrino, & duo in orbe feroces
 Scardassus, Rhotamonsq; alij fortesq; gigantes,
 Stant simul vrbe omnes Arelate, ad bella parati
 Milite cum multo in Carlum quem aduersus adire
 Te decet, atq; tuo nimium conducit honori,
 Te sine ne reges alij certamine palmam
 Adquirant, quare multis cum millibus vrbem

Agramantis abi, meritos vbi reddet honores
 Aduentum tempestiuum, gens omnis, ob istum,
 Ne dubitare velis palans si ingente pauore
 Ilico defugiet cum Carlo exercitus omnis
 Leucoteam defunt illis suarobora prima
 Rolandus necnon fortes Rinaldus, Oliuer.
 Suspectum est etenim errantes perijisse per orbem.
 Quare opus omnino est Arelatem occurrere ad urbem
 Stipatum te exercitibus, cuneisq; tuorum
 Gloria honosq; tuo capiti sine fine, decusq;
 Inde erit, exigua palmae nec laude frueris.
 Talia Magunti domino, rex torna, loquenti
 Lumina conuersus, sibi displicuisse cruento
 Sermone vultu ostentat non immemor oris
 In Gallis passus fuerat quam multa pericla
 Quantaq; damna etiam cum alijs in marte tyrannis
 Quem nutantem animo indomitas incendit in iras
 Vrgana aduersus Carlum, clam nocte creatæ
 Anguifero feriens eius toraca capillo,
 Tum subito furys rex exagitat usq; ira
 Consilium omnino mutat, iubet arma parare
 Fixa manetq; animo sceleris sententia tanta
 Quem grato hospitior recipit, geminasq; sorores
 Mentitas sexum quas sic compellat iniquus
 Clam Galaon, socia & chara illustresq; sorores
 Iam sat Marsium socium firmauimus armis

Vrgana
 Machinam
 In iras inge-
 tes mouet.

Sceleris rã-
 si i tam sce-
 lerati viri
 in suum rã-
 gem.

*Aduer sus Carlum, qui non desistet ab orsis
 (Scitis vt autores) donec cum rege superbo
 Agramante hostes vincat proceresq; quirites
 Aut superetur eis, ergo si vos iuuat, ite
 Ocyus hinc, belli residem, quod forte paratur,
 Dum remoror Carlum, vos tunc renouabitis iras
 Bellatorum animis nunc deinde recedite ab ipso
 Marsirio mecum, bellis armisq; parandis
 Sollicito, quicumq; sua & pro parte tyranno
 Querat Agramanti palmam super omnibus vnum
 Commendo hoc vobis, mortem nimis hostis acerbi
 Rinaldi nostri simul & Milione creati
 Hoc vos pro precio si coram lumine vestro
 Commerui quicquam posco, dare namq; potes: is.
 Annuerant auida vindicta nec minus ambe
 Germanae, petulansq; illi se immiscuit atrox
 Faemina magna soror ficto renouata nitore.
 At postquam Hispano fuerat data copia rege,
 Germanae, & Galaon, gestantur vt ante per auras
 Celtarum in terras, inde in sua tecta malignus
 Proditor, inde magae Maurorum in castra debuntur
 Vtq; inimicitias, iras, odia atq; suprema
 Instaurare animis, mox in sua tecta sorores
 Regum pestis eunt, intenta Ammone creatos
 Perdere, at interea iam reges primus Agramas
 Sobrinus, Rhodamansq; acer pariterq; libanor*

Vrgana im-
 pudice se
 immiscet
 cum Galao-
 ne, vt iatel-
 ligimus
 ex vno vi-
 tio plura
 alia alliel
 vitia & pec-
 cata.

Mantrecartus atroxq; Alzartus, natus & acer
 Almontis, Manilardus item, rex diues & vna
 Noricia, necnon bilares qui fecerat omnes
 Aduentu rex Marsirius cum milite multo
 Falsiron suus & natus, Gridassus & ingens
 Ambo ira ardentis contra Milione creatum
 Et iurati illis nunquam discedere ab oris
 Donec eum interimant superent & deniq; Carlum.
 Postquam etenim prostratus humi Feragutus, & vna
 Veloci spoliatus equo fuerat Briadoro.
 Virgine Dordona, furijs agitatus & ira
 Vestigat dum victorem, tellure iacentem
 Gridassum inuenit, plagis thoraca cruentum
 (Scitis enim fuerit Rolandi ereptus ab ira
 Terribile ob monstrum quod tunc apparuit illis)
 Sic ergo stratum regem Feragutus Iberus
 Inueniens, lachrymis è terra erexit obortis
 Iam ratus esse neci vicinum, secius autem
 Accidit, euinctis plagis nam duceret ipsum
 In vicinam urbem medicatus vulnere præsto
 Inualuit, dein atq; Arelatem vbi stabat Agramans
 Venerunt coniurati contra omnia Carli
 Robora, sic ergo Libyci iam prorsus in vnum
 Adiuncti reges alij heroesq; potentes
 Prætereunt Rhodanum cum multis millibus urbem
 Leucoteam contra, quorum ibat ductor Agramans

Apparatus
 belli & in-
 signia.

- Præfulgens galea, nimiumq̄ potentibus armis
 Fulua aquila in galea radiabat vertice, puro
 Culta auro, rostroq̄ minans atq; unguibus uncis
 Gestit equo armato præfuluo insigniter auro
 Filius Almontis iuxta viridantibus armis
 Insignitus adest vindictæ nomine pictum
 Fert ancyle sua leua, dextraq; coruscant*
- Dardelius.** *Dardelius præcutam hastam, super eminet ante
 Rhodamas Omnes rex Rhotamons præuasto corpore, cuius
 Vertice conspicitur magnum os serpentis apertum.
 Pro scuto fert prædurum thoraca, draconis
 Argento, albenti circumseptumq; Orichalco
 Fert dextra ingentem bifidamq; Vtrimq; bipennim*
- Gridassus.** *At Gridassus equo Briadoro effulget in armis
 Depicturatis auro ferroq; trilici
 Conflatis nitido, scuti gerit orbe rubente
 Effigiem Martis calati ingente lapillo
 Eximij precij dextraq; ancyle coruscant.*
- Stordilianus.** *Illiberitanus rex Stordilianus amictus
 Argento atq; auro primo squallentibus armis
 Gestit equo rutilantem ensem, atq; ancyle sinistra
 Fert fultum tauriq; & pelle libystidis vrse
 Filia Doralice in medio est calata decora.*
- Marsirius.** *Marsirius simul ecce venit cum fratre superbo
 Falsyrone, eius Feraguto & deniq; nato,
 Loricam indutus, calybe argentoq; bilici*

Conflatam, ex humeris cuius latissima zona
 Ad dextrum vsq; femur dependet, cineta recuruum
 Flammiferumq; ensẽ cultum gemmis, & eburno
 Insignem pugno, rostrum a similante voracis
 Vulturis, hæc eadem gestant insignia frater
 Falsiron, suus & natus Feragutus, hic autem
 Insuper & gestat clypeo fulgente Chimera
 Effigiem, varia flammis imitantis ab ore,
 Et dextra trifido præacutum missile ferro.
 Fertur equo celeri Baiarto, quem dedit illi
 Vrgana à magico veniens per nubila luco.

Falsiron.
 Feragutus.

Mãtrecarto

Mãtrecartus eos sequitur, luzubribus armis
 Nempe nigris, ob mœstitiã patris eius acerbi
 Agrani, occisi Rolando, cuius abeno
 In scuto patris interitus depingitur apte,
 Vt memor in vndicta omni sit feruidus hora,
 Dextra ancyle gerit, cuius calligat ocellos
 Ad solis radios acies obiecta, tumentum

Fului cuius equi armata de fronte resurgunt
 Nigrantes crispæ, dein en venit ille superbus
 Heros Scardassus qui pro cudone draconis
 Fert immane caput, duro nitidoq; metallo
 Vndiq; conflatum, thoraca indutus abenum.
 Tectus crura simul squamosa pelle draconis.
 Fertur equo armato, crispans hastilia bina.

Scardassus

Magnus Apollonia nec non rex ecce Libanor

Libanor

*Aduenit exultans in quadrupedante potente,
 Armatus varie pictis, tyrifq; lacernis
 Suffultus armis, auri exteriusq; globatis
 Textura, Clauam dextra qui gestat eburnam,
 Armiger ast eius praecutum missile iuxta.*

Manilard^o. *Mox Manilardus eum sequitur, vestitus amictu*

*Loricato omnis, cudone in cuius abeno
 Spira resulgescit gemmis, adamanteq; quodam,
 Ex latere atq; alio precioso ardente Pyropo.
 Conspectu cuius priuantur lumina luce.*

Fert Neptunus vti, dextra a; mipotente tridentem,

Insignem titulis atauum clypeumq; sinistra

Alzartus. *Alzartus cum Noriciae patre rege superbo
 Aduerbitur generosus equo, domino haud minus acris
 Bellatore suo, armato ferrugine toto.*

Auratum Gaium fert scuto ante ora Leonis.

Effugientis eum, gladium dextraq; potente

Flammiferum, haec eadem gestat pater arma tyranus.

Antiquorum atauum sunt haec monumenta suorum,

Sobrinus^o. *Illic Sobrinus non defuit acer & audax,*

Neue Bracardinus, paribus fulgentibus ambo

Insigniti armis, & quadrupedantibus altis.

Sacripas. *Te quoq; viderunt Sacripas fortissime gentes*

Insignem parma albenti, galeaq; comante;

Alituum pennis, & versicoloribus armis.

Proceram piceam dextra aspernat acuta

Cuspi-

Cuspidis, atq; genu valido premit acriter auras
Exsuperantis equi niveo lliamista colore.

Grandonius nec non illis comes ibat amictus
Armatura acris, scutoq; ingente metalli,
Instar flammaram irradiantis littora circum.
Fraxineum dextra quatiens hastile, feroce
Fertur equo, fuluum mandenti dentibus aurum

Grandoni⁹.

Lucafer hunc iuxta prænasti corporis vna
Cum geminis natis, equali mole propinquat.
Exuujs varijs monstrorum horrentibus, omnes
Pro nitidis vestiti armis, supraq; nitente
Lorica, inq; humeros atq; in caput, omneq; corpus
Dispersa, gestant humeris in mole, columnæ
Instar ferratas clauas versant & vtrinq;
Cum manibus geminis, stipulas quasi sicut inanes
Pro sed equis ducunt elefantos, atq; subinde
Ballugantus equo, clypeoq; hastaq; superbus.

Lucafer.

Ballugitus

Non minor his vasto atq; immani corpore fortis
Azamor rex Numidiæ, subit agnitus armis
Egregijs varie cultis radiantibus ostro.

Azamor.

Aptis ad festum plus & certamen amorum
Quam bello, crispans validis cum viribus hastam.
Fertur equo armato, sequitur quem deinde Roanza
Fœmina bellipotens, regis fera nata Canoris
Hispani, Clamidem eratam vestita nitentem,
Et galeam similem rostro Iouis alitis vncō.

Roanza.

*Albentem dextrum validum nudata lacertum.
Missile flammiferum, ferulam velut, aëre librat.
Quadrupede effraeni experto parere diebus
Ex multis dominæ vebitur velocior aura*

Phylador.
Marlorus.

*Dux Phyladorus item Malychæ, Marlotus & vna
Tartesus veniunt, Mariani montis & Albu
Leizor, & vna etiam frater validissimus Vzen.*

stāperdus:

*Anlius, & Stamperdus, atrox Azerbus & Afer,
Heroesq; alij multi, fortesq; gigantes,
Turdetani etiamq; equites, Libiæq; potentes
Insignes armis, multis cum millibus ibant.*

Apparatus
& iustitia
Celtarum.

*Belli exercituum tantos resonare tumultus
Audirent subito Celta, ciuesq; priores
Parrhisij, turbati omnes stupuere, videntes
Cognatos saltem heroes sibi deesse, sed ausus
Addiderantq; animos, Carlus, fratresq; feroces
Gryffon, atq; Aquilans, nec non & Rugier acer.
Et coniux Bradagmans, soror & Marfissa superba,
Ariodantus, itemq; & Constantinus eremi,
Danesius, Dudon, Oeton, Astolpbus, & eius
Filius, Angleriusq; etiam, & nimis acer Auinus
Obboius, Sansonellus, Salomonq; Britannus,
Anselmus, Naimus senior, validusq; Berengor
Et reliqui Parium fortes, qui deniq; in vnum
Conueniunt contra hostiles facto agmine turmas,
Dum cum Tergyro Britomars vestigat amicum.*

Rolan-

Rolandum, per se atq; alia pro parte Tyrantus.
 Qui postquam cum Rolando, pulchrisq; puellis
 Florissa, Angelica, media inter bellica castra
 Leucoteam intrarunt, hostesq; exinde fugarunt.
 Diuersis abiere vijs tum denuo querunt
 Anglanti dominum, Angelicam qui aliunde peribat.
 Hostium in occursum rex filius erga Pepinæ
 Egreditur multis stipatus millibus, auro
 Squallentem indutus thoraca, & tempora prorsus
 Flammifera galea redimitus, vertice cuius
 Conspicitur volucris calata insigniter, ore
 Ampullam gestans, fama est nam cognita Cloueo
 Celtarum regi, sacrato in fonte liquores
 Succiperet, volucrem super a. luenisse supremo
 Æthere, portantem diuinos vase liquores,
 Queis Galli Cloueam, & cunctos de stirpe tyrannos
 Constituere sua, seruant semperq; liquores.
 Dextra ingentem hastam ferratæ cuspidis affert,
 At leuarigido lentoq; bitumine totum
 Conflatum clypeum colato vtrinq; Orichalcho
 Munitum, dorso gemino tauriq; ferocis,
 Arte fabrefacto mira hunc fecisse Britanno
 Regi, Merlinum fama est, namq; eius in albo
 Campo multa erat effigies depicta futuri
 Imperij magni, si Carlus quintus ibidem
 Pictus erat contra Solimanum victor acerbum.

Carlus Mag
 nus.

scutum
 quod gere
 bat Carlus
 prius fuit
 Arturis re-
 gis Britanię
 in quo Mer-
 linus cala-
 uit Carlum
 quintũ im-
 pe. & eius
 filium Phi-
 lippum, &
 eius filium
 Iacobum
 & Ioannem
 ab Austria,
 & Maximi-
 lianum Im-
 pera & Frã-
 ciscũ Henrĩ
 cum reges
 Gallorum.

Filius,

Filius, atq; nepos sunt iuxta, nempe Philippus
 Vna & Iacobus magna spes altera Romæ,
 Austrius atq; simul stat Ioan, filius eius.
 Alter ibi bello aspectu & fulgentibus armis.
 Et gener eius item pictus stat Maximianus
 Induperator ibi, Turcharum strage cruentus,
 Pro sacra Ecclesia, pro religioneq; vera,
 Rex Franciscus item Gallorum, Henricus & eius
 Filius armipotens, casu occidendus iniquo.
 Albo exultat equo flauenti prorsus operto
 Lorica, & leues ocreas ad crura gerente.

Vggier.
 Danesius.

Vggier it Danesius apud latus eius, & arma
 Lucida vestitus, clauam quam ferre solebat
 Ingentem dextra librat scutumq; sinistra
 Fert calybe, argentoq; etiam conflatile puro.
 Quadrupedante vehens in versicolore volante.

Dudon.

Filius huic iuxta fert arma simillima Dudon
 Et clypeum, & galeam varij, nitidiq; coloris,
 Insignem cristis, at equo volante leuatur.
 Dacorum domini quorum agmina multa gerebant.
 Sed latus ad dextrum Carli velut aethere Phœbus

Rugier.

Rugier ostriferis armis nitet, atq; Leonem
 In clypeo gestat, nam vicerat ille Leonem
 Byzantinorum regem, Rubicante feroce
 Væctor equo qui nec palea, nec vescitur hordeo.

Marfissa &
 eiusprolis.

Hunc iuxta Marfissa soror, coniuxq; Bradagmas

Adue-

Aduectantur equis velocibus, altera quarum
 Heroïna quidem Dordona arma aurea vestit
 Gridassi, eius equoq; exultat librat & hastam
 Fatalem Argaliæ, tereti cernice coruscans.
 At Marfissa potens Agolantineptis & vna
 Nata Galatricis miserandæ coniugis olim
 Rugieri primi Troiano à rege perempti,
 Partu vno cum Rugiero fuit edita syluis
 A Galatrice, suo genitore expulsa Agolanto.
 Inuentum syluis Atalantus nutrit olim
 Rugierum infantem, ast Arabum rapuere phanlanges
 Marfissam, quæ iam valida ex ætate puella
 Atq; experta simul bellis aduenit ad cras
 Celtarum, contra Carlum, bis sexq; quirites
 Agramante suo cum rege, Atalanti vbi dictis
 Nouit Rugierum fratrem, Agramantaq; natum
 Troiani, patrem qui occidit, & illico sacros
 Cum fratre acceptans latices, se credidit armis
 Celtarum, cupiens vindictam assumere patris
 Contra Agramantem, squamis quæ induta rubentis
 Aëris persimiles croceo nitidoq; colori,
 Auroræ incedit, cuius gestatur acuta
 Fraxinus in dextra, læuâq; ancyle, Læonæ
 Hirsuto capite immanis feritatis opertum.
 Fortis Olineri nati mox deinde sequuntur
 Grysson, atq; Aquilans, animosi ab imagine patris.

Grysson.
Aquilans.

Ille

Ille albis, hic indutus nigrantibus armis,
 Aërea scuta gerunt, viridisque hastilia pinus,
 Vectores in equis validis varijque coloris.

Astolphus. Nec minus Astolphus cum patre Octone superbo
 Anglorum duce præfulvis veniebat in armis
 Quorum opus exuperat precij innumerabilis auri
 Materiam, medio si fert in pectore diuæ
 Virginis effigiem Mariæ cum infante secunda
 Persona summæ Triados, leuamque coruscum
 Supra ancyle crucem, quanos à morte redemit
 Ille sua, crispas sed dextra strenuus hastam
 Vectus equo albenti, at nigro caput omneque collum.

Ariodantus Ariodantus abijt iuxta, & viri: Lantia vestit
 Arma, velutque iris varios habet ille colores.
 In galea atque amplis cristis, dextraque trementem
 Hastam, ancyle gerit leua, sol cuius in orbe
 Stellas inter erat preciso adamante politus
 Quadrupede aduebitur claro ferrugine Ibera.

Riciardus. Mox Riciardusque & Alardus frater uterque;
Alardus. Rinaldi, subeunt in equis velocibus acti,
 Insignes animis ambo, & præstantibus armis

Malgiffus. His & Malgiffus magicus, Vinianus & acer,

Naimus. Nec non & Naimus senior, procedit amictus
 Lorica, fortisque; Anselmus, perfidus vna
 Et Galaon, cum Balduino, Turpinus & ingens
Galaon. Antistes, Burdeorum rex atque, Gapherus
Turpinus.

Rexque;

Rexq; Britannorum Salomon, atq; acer Auinus.

Salomon.

Obbolius, Sanfonellus, validusq; Beringor

Obbolius.

Angeliusq; Aquitanus, item praesesq; Guarinus

Guarinus.

Alti, Bellouacus Basius Palatinaq; pubes

Cetera equis validis, armisq; insignibus, omnes

Stipati, multis equitum cum millibus ibant.

L Y R A E

LYRAE HEROYCAE

LIBER NONVS.

ARGVMENTVM LIBRI IX.



Arlus Magnus cum suis hinc, Agramās
 cum suis illinc, irruūt exercitibus, Rho-
 tamons magna strage affligit Gallos,
 percutit Rugierum, interficit Aquilantem, Car-
 lum cum suis concludit Parisijs. Mantrecartus
 & Zerbinus inter se armis contendunt ad Isabel-
 læ Zerbini vxoris vocem ambo à certamine re-
 cedunt, quorum quilibet ratus suam fore Ama-
 siam, eam quæritant, dum sic errant, Mantreca-
 tus ad castra accedit Agramantis. Zerbinus ve-
 ro obuiā exit Isabellæ quæ Logistææ industria
 magica in volucrem columbam conuersa erra-
 bat, cognoscunt se inuicem Zerbinus & Isabel-
 la. Interea adueniens Logistæa, Isabellam ab ef-
 figie columbæ vendicat suę pristinę formæ, Zer-
 binus & Isabella mutuo se amore conciliant.
 Iterumque subterranea palatia cum Logistæa
 ingressi, Zerbinus à suis plagis euadit sanus & in
 columis, Logistææ autem suasu, Zerbinus suam
 sponsam Mafsilię in domo Bradagmātis dimit-
 tit, ad Pyrenęosque tendit in Bernardi Carpij
 quæ-

quæſitionem qui ingreſſus Sacellum ſemirutû oratione acta ſomno obruitur, inter ſomniaq; admonitus quærit, Bernardum Carpij, tandem ambo poſt alternos amicitiaẽ ſermones propinquant Pariſijs, Carloq; adiuncti magna ſtrage affligunt Afros, Carpiuſq; interficit Rhotamontem, & Dardeliû, multoſq; alios, ſauciat Agramantem, & in fugam conuertit cum ſuis vſque ad Arelatem, vbi eos includit, inde cum Carlo victore redit ad Pariſios. Interea tamen Mantrecartus, Gridaſſus, Sacripans, Feragutus, è ſtatione vbi manſerunt in Celtas magnam faciunt ſtragem, Mantrecartuſq; interficit Zerbinum, obiter accedit Galaon ſuperbiens haſta fatali Argaliæ, quam inter acies à Bradagman- te furatus fuerat, qui munitus armis Rhotamõ- tis, quibus eum interfectum ſpoliauerat, accedit ſtationi principum Afrorum, detegit ſe, ſua- detq; eis fugam, certioresq; eos faciens de interitu Rhotamontis ſilente nocte ad Triftani rupem ducit, quam ingreſſi ſuis plagis medicã- tur, intuſq; diu quieſcunt, vnde dolo Galaonis Rugiero & Palatinis infidiantur.

A L L E G O R I A.

¶ Per ſtragem factam in Celtas à Rhotamonte
T abſen-

absentibus Rolando, Rinaldo, intellige, principes & duces qui suis voluptatibus dediti causa sunt iacturæ sui, & subditorum, tandemque ob vitia & crimina principum sæpe sæpius exercitus iacturam patiuntur, pessimumque eunt, quod aperte insinuat Poëta in persona Bachij interfecti à Rhotamante sic


*Ob stupram à patria infelix hic venerat exul
Promissos spernens hymenæos fraude puellæ
A se pollutæ.*

Per Zerbinum, qui inuenit suam sponsam Isabellam in columbæ effigiem conuersam, & custoditam à Logistæa, ob quam euasit à suis plagis, & vulneribus, intellige, virum iustum quem Deus inter alios elegit protectorem sui populi nimirum ipse elegit & quæsiuit castitatē & continentiam, quæ intelligitur per columbam custoditam à Logistæa, hoc est, à ratione & quia secutus est rationis dictamenta, quæ sunt Logistææ consilia, idcirco meruit saluus fieri à suis plagis, id est, à suis reatibus & noxis, si in ea incidit. Tandem per insomnium Zerbinum quo monitus à sancto religionis viro iret in Bernardi Carpij quæstionem vt simul cum eo, Carlo tantis periculis exposito ferret opẽ, intellige, quod & si per principum vicia non exigua pericula

& detrimenta contingant populo fideli. Deus
 nequaquam suorum omnino immemor in ma-
 iore cōsistit mittit virum aliquem iustum qui
 populo adeò afflicto auxilietur, per mortē Zer-
 bini religionemque Bernardi, nempe, vt dein-
 de innotescet, post hanc victoriam, religioni
 se adstringit, intellige, Deum per diuersas vias
 tuis fidelibus salutem operari, eos tum in sue
 religionis protectione, tum in religio-
 ne ipsa ad vitam æternam
 vocans.

LYRAE HEROYCAE

LIBER NONVS.

 *D*uersi vt reges Rhodani trās fluminis vndas
 Constituere acies, campoq; patente sonora
 Increpuere tubæ, seu præconia belli.
 Extemplo inuadunt equites, mistaq; pbalanges
 Innumera peditum, primis præeuntibus omnes
 Signatis ducibus, bellumq; accenditur omni
 Parte, & vbiq; fera morientum cæde cruentum.
 Horrendum clamore virum clangore tubarum.
 Terribili aspectu media inter millia seuit
 Rex Rhotamons, quot quotq; viros videt obuius ante

Contentio
 armorum
 inter Celtas
 & Arios.

*Se secat, vt teneros caules, stridente bipenni.
Non secus ac quando lupus inter ouilia seuit
Esuriens, imbelle pecus vorat ore cruento,*

Rhotamon
tis fortitu-
do & auda-
cia.

*Sic etiam Rhotamons belli qua parte cruentus
Irruit occisis circum, miserabile dictu,
Hostibus innumeris aperit satis vndiq; campum
Agminibus, contra at Gryffon ruit impete toto
Quadrupedis, frangitq; arato pectore prorsus
Immoto validis actam cum viribus hastam*

Gryffon ir-
ruit in Rho-
tamontem.

*Protinus atq; suum vagina diripit ensem,
Ictibus & densis petit, hinc, atq; inde giganta.*

*Ille vtraq; manu atq; omni virtute bipennim
Vibrat in aduersum iuuenem furibundus & atrox.*

*Discedente latus versus Gryffonte sinistrum
Non cadit in cassum tantus, nam sic quatit, ictus
Vicinum Adrastrum, à Pisis qui venit amici*

*In Gryffontis opem linquens captos hymenæos
Vt cum quadrupede ad caudem contriuerit illum
Nequaquam cognoscendum sua membra chirurgo.*

Tanto ictu obstupidus cuneus qui ibi Marte ruebant

Burgundorum equitum, tanquam, Rhotamōta, Sathane

Certatim effugiunt, nisi tunc Dordona virago

Dordona
virago. i.
Brazdagmas
quæ hasta
incantata
Rhotamon-
tem propel-
lit.

Illac discurrens fatali cogeret hasta

Paganum ruere in terram suanumina contra

Vociferantem ira, tantæq; pudore ruina,

Quem super occurrunt Gryffon, animosaq; coniux

Rugie-

Rugieri, positoq; metu Burgundia pubes.
 Frontinum rapiunt & equum, dominumq; fatigant
 Vulneribus crebris, cum multa mole suorum
 Armorum, casu necnon ingente iacentem
 Tellure erectus solum thoraca, bipennem
 Ille manu vibrans omni se ex hoste tuetur.
 Occurrunt Sarchæ gentes, Vlienus & eius
 Ante pater, necnon & Stordilianus acerbus
 Cum Turdetanis tanto & Rhotamonta periclo
 Defendunt valide, aduersus Gryffonta ferocem
 Et Bradagmanta, suas & quæ venêre phalanges
 Masille, fatali hasta Dordona virago
 Dum disturbat equos equitesq; inuoluit arena.
 Carlus & Agramans pariter dumq; agmina cogunt
 Quisq; suum, Feragutus enim, Sacripasq; feroces
 Et cum Dardelio Grydassus, & acer & audax
 Scardassus, rex Numidiæ, Manilardus & atrox,
 Grandonius nullum se coram stare sinebant
 Pugnatorem, adeò mouentum namq; erat amplum
 Circuitu spacium valida virtute suarum
 Dextrarum, vt longe nemo hac accedere posset
 Neue auderet homo, Dudone, vnaq; parente
 Oggiero grauiter cæsis, Carloq; reducto
 Cum reliquis procerum, fortis Marfissa profecto,
 Rugier atq; etiam, nati dominiq; Viene
 Pugnabant contra Alzartum, validamq; Roanzam

Nati Oliuæ
ii.

Atq; Bracardium, Sobrinum, vnaq; tyrannum
 Noricie, Philadorum, alios fortesq; gigantas,
 Quare Clouigenæ cuneus iam pene tyranni
 Desset, & vna acies omnis sua, forte ruiisset,
 Ni subito adueniens multis cum millibus heros

Zerbinus
 ruit forti-
 ter in Afros

Zerbinus Batauū princeps, animosus, & acer,

Hic cum Lucarno necnon atq; Ariodanto
 Coniuge germanæ instaurat certamen in illa
 Parte, vbi Carlus erat, monitis ad bella suorum
 Incendens animos, primis congressibus hastas

Azamor à
 Zerbinio in
 periclitur.

Confringunt rex Azamor, Zerbinus, at ille
 Occubuit campo pectus transfixus & hasta
 Corpore trunca tremit, stricto dein ense Batauus
 Zerbinus medijs seuus furit hostibus, illos
 Cedibus asiduis nunc hac nunc protinus illac
 Perturbans, simile efficiunt rex Carlus, Aninus
 Obbolius, Sansonellus, Salomonq; Britannus
 Et Ricardetus, necnon & frater Alardus,
 Et reliqui parium, geminant qui fortius iras.
 Morte Azamoris, furiarum, vnaq; doloris,

Sacripantis
 fortitudo.

Impatiens Sacripans, omni ruit agmine querens
 Zerbinum, multam stragem facit atq; virorum
 Atq; Palatinum Marcum mox diuidit vsq;
 Ad mentum, iuuenisq; Aniani omnino sinistram
 Scindit, Cornubij pariterq; occidit Arasum.
 Atq; Araris fluuij Bachium se multa precantem

Obstupram à patria infelix hic venerat exul
 Promissos spernens hymenæos fraude puellæ
 A se polluta, dein obuius atq; tyranni
 Exit in occursum Carli, comitumq; suorum
 Forsq; acie obuersa gladij, primo iacit ictu
 In terram Obbolium, pariterq; Oetona propinquos,
 Ex improviso tum viso patre cucurrit
 Astolphus, simul & Carlus, reliquiq; quirites
 In Sacripanta, hastis quem vix remouere parumper
 Quadrupede ex celeri potuerunt, donec ad illum
 Saucius ex primis quamuis congressibus acer
 Oggier accessit, claua atq; ita fortiter iecit
 In capite, vt semiattonitum ruere inter equiles
 Impulerit crines, alio ciecisset & ictu
 In terram, cito Dardelius nisi protinus ictum
 Exciperet clypeo, gladio prohiberet & hostem.
 Circasie gentesq; suæ Sacripanta tuentur.
 Dardeliusq; etiam parte hac, aliundeq; Dudon.
 Et Dacy, Oggierum, qui plus certamen acerbant.
 Interea Astolphus patrem, Obboliumq; ruina
 Obstupidos subita stipatus mittit in urbem
 Non modicum conatus eos crura inter equorum
 Eripuisse celer, æquo quasi iamq; ruebant
 Marte acies, at vbi Rhotamons virtute suorum
 Tellure erectus fuerat, rabie excitus atra
 Maiore strage horrendus Christiana trucidat

Vggier per
 cutit Sacri-
 pantem.

Dardelius
 tuetur Sacri-
 pantem.

Rhotimas
 iterum in-
 vadit &
 multas di-
 strages.

Agmina, dilaceratq; hostes, velut ante, bipennim
 Cu: nemo apparere audet, pavor occupat omnes,
 Et Gryffonta, suae necnon Bradagmantæ ruinae
 Auctores magno studio vestigat vbiq;
 Ardescens ira, & furij, fufusq; pudore
 Frontini ob raptum, subita pariterq; ruina,
 Millibus astant ambo nunc hac, nunc protinus illac
 Dispersifuerant inter pugnando manipulos.
 Ille vbi certabat, Bradagmas optata marito
 Venerat auxilio, disiectis vndiq; multis
 Fatali telo, at Gryffon & lienon vt acri
 Vulnere humi strauit natum Rhotamonta tuentem.
 Dein hastamox arrepta cum Stordiliano
 Denuo congregitur, subito sed milite multo
 Zerbini occurrente fuit diuisus vterq;
 Vi pugna, Sarchæ rex ergo ita feruidus omni
 Parte ruit, ceduntq; sibi longeq; lacesunt
 Missilibus cuncti, saltem Mafilla inuentus
 Quæ propius stabat, donec Bradagmantæ suumq;
 Rugierum vidit multorum strage cruentos.
 Quos agnouit vbi, veluti canis inter opacas
 Vites, si inspexit leporem volat oris biatu
 Efferus, amisso Rhotamons non secius atrox
 Frontino accelerat, notum sic fatur & vna
 Rugierum, ô patriæ & regum manifeste tuorum
 Proditor, vt poterere tua Bradagmante licenter

Pellice, tempus adest quo nunc discesseris illa
 Et fractæ fidei meritas des improbe pœnas.
 Sat potuisti etenim optata Bradagmante potiri.
 Talia iactantem clarus non Rugier ultra
 Sustinuit, sua nec coniux dilecta Bradagmas
 Fusarubore genas niveas præingente pudore
 Eloquij, elata quin voce insigniter, inquit,
 Rugier, ut semper sue scis rex ebrie Sarchæ
 Mentiris, nec sum, fueram nec proditor unquam
 Ipse meo regi, sum verus filius almi
 Rugieri Risiy, fuerat qui subditus olim
 Magnanimo Carlo, sed cæsus fraude tyranni
 Patris Agramantis, quod ego tibi Marte probabo
 Omnibus atq; tuis cum vera coniuge nostra
 Te meliore satis Bradagmante, haud pellice sicut
 Alloqueris, tumidus vino, quod te facit extra
 Iudicium esse tuum, nondum sic fatus in hostem
 Quadrupedante ruit, sed iam pedes ille rnebat
 Cum valido telo dextrum ferit & super armum
 Rugierum, scuto qui ni se omnino trilici
 Protegeret, partemq; ictus non forsitan ante
 Exciperet, dulces auras liquisset in illa
 Rugier hora, adeò iacta est violenta bipennis
 Dimidium ut scutum prorsus diuiserit æque,
 Omne suo, ressecans potuit quod tangere forti
 Impulsu in vacuum tamen aëra finijt ictum.

Rhotamōs
 obulusexit
 Rugie: o &
 improbrat.

Rugier cau-
 cius cedit.

Quadrupedis celeris Stupido recidente per armos
 Rugiero, interea visum Dordona virago
 Seruere ante virum pene exanimata dolore
 Occideretq; etiam, at vires suffecerat illi
 Atq; ausus Aquilas, qui illae acerrimus armis
 Certabat, fratris necnon concussa ruina
 Et Marfisa sui, sed eam furibunda Roanza
 Impedit telum iaciens fatale coenam
 Contra hostem, inter eas bellumq; accenditur atrox
 Ergo succedens Aquilans Rhotamonta leuantem
 Rursus Rugierum contra, manu vtraq; bipennem
 Congressu vasti hastilis dimonit, & alta
 Voce Bradagmantem renocat, iam pene ruentem,
 Semianimem, quæ oculos reserans erecta maritum
 Rugierum vidit iam se Rubicante mouentem,
 Instaurata suis in viribus eripit enssem
 Vagina, nam fatalem non reperit hastam
 (Nempe illam Galaon Bradagmante intentus in ipsa
 Subripuit furtim, seseq; immiscuit inter
 Agmina, proditioni horam sperando nefandæ)
 Et satis irata aduersus Rhotamonta potenter
 Pugnans cum germano Gryffontis acerbo
 Ictibus inuadit crebris, rediuius & in
 Rugier ardescens adeo Vehementer vt enssem
 Arripiens vtraq; manu, prædura draconis
 Absciderit rostra, & galeam caput vsq; tyrannus

Aquilas
 Rhotamonta
 rem dimo-
 uct.

Galaon fu-
 ratur hastã
 incantatam
 à Bradag-
 mante inter
 acies.

*Sarchæ vacillans ictu cecidisset arena
 Semianimis, Bradagmante etiamq; Aquilanteq; crebris
 Vulneribus contra ferientibus, haud tamen ille
 Conflictu tanto cecidit sibi sufficit ausus
 Seseq; omnino leuat, effususq; cruore
 E capite instillante, ira furit intus acerba,
 Ingentiq; bipenni hostes fugat eminus omnes.
 Ac veluti in media platea defixus acutis
 Fraxineis crebris telis fugat undiq; vulgus
 Taurus, ita & Rhotamons hac illac & parte cruentus
 Territat hostiles turmas, Aquilanteq; rursus
 In se invadentem percussit vulnere tanto
 In latere internam ut pleuram diuiserit vsq;
 Ad pulmonem ictu, & cordis penetrante profundum.
 Saucius hac plaga lethali protinus beros
 Exanimis cecidit de quadrupedante potenti.
 Quem potuit loris rapere inter feruidus hostes
 Rex Sarchæ, Bradagmans etenim fortisq; maritus
 In Mamildum ipsos venientem denuo contra
 Atq; Bracardinum certabant fortiter armis,
 Ast ubi Celtarum turmæ videre peremptum
 Ore reiectantem spumas Aquilante cruoris,
 Pallantes fugere, audent nec flebile corpus
 Atrectare, procul sed iactant irrita tela.
 At Rhotamons multo fluitanti sanguine tantis
 E plagis, Aquilantis equo cecidisset arena*

Rugier sa-
 ctur Rho-
 tamontem
 ex equo
 propellit.

Excellens
 cellatio à
 tauro.

Rhotamas
 interficit
 Aquilantē.
 Anathome

Semianimis, stipatus ibi nisi gente Libanor
 Discurrendo sua exciperet nec non & opertum
 Ad tentoriaeum defensum milite multo
 Mitteret, interea Rhotamonte absente cadauer
 Ex tellure leuant Aquilantis, & vndiq; flentes
 Leucotea mittunt Celta, instaurantq; furentes
 Prælia, & euicto cuneo circumq; fugatis
 Hostibus, occisis multis & millibus heros
 Scardassus, Fortisq; etiam Feragutus Iberus
 Grandonius, rex & Serum cum robore magno
 Discurrunt acie, nec se coram amplius vlla
 Agmina prospiciunt, tandem venere, tyranni
 Natus vbi Almontis, Sacripansq; & magnus Agramas
 Cum cœtu procerum pugnabant grandibus ausis.
 Aduersus Carlam, Palatinos atq; feroces,
 Tantorum aduentu heroum cecidere quirites
 Pleriq; in terram, Basius, Mattheus & vna
 Occisi, abscedunt geminato vulnere Dudon
 Et pater, & Carlus Magnus, reliquiq; quirites
 Vocibus elatis Afri conuerrere terga
 Omnino cogunt palantes agmine Celtas
 Dilacerante illos ferratae cuspidæ clauæ
 Lucasero, natis stipato, Rugier autem
 Et coninx Bradagmas, nec non Marfisa feroces
 Aduersus Manilardum, etiam fortemq; Roazam
 Atq; Bracardinum pugnant, Philadoron, & acrem

Celtæ cogū
 tur uerrere
 terga.

Nori-

Noricie regem, quem saeu vulnere iecit
 Rugier in terram valide bellando, tumultu
 Aduentum equitum sed iam tamen agmine multo
 Sparguntur qui vbi viderunt Christana fugari
 Agmina, mox instant cuneo succurrere Carli
 Parrhisios versus vertentis terga coacti
 Percussis partim, partimq; in vincula missis
 Et partim caesis Palatinis, ast vbi Carlo
 Accessere gradu celeri, impediere phanlanges
 Aduersorum equitum, qui crebro vulnere Celtas
 Terga reuertentes vasto clamore necabant
 At postquam princeps Zerbinus mille peremptis
 Hostibus omniacie discurrerat, ecce repente
 Venerat ad cuneum nati armipotenti Agrani
 Arma cruentati multorum caede virorum.
 Quem ruit aduersus valida hasta, haud segnior hostis
 Irruit hasta alia, volitaruntq; aethera fractae
 Ex congressu hastae, nullo titubante duorum
 Quadrupede in celeri, crebro & se vulnere passim
 Percutiunt gladijs, tandem victoriaq; anceps
 Redditur, equali & nequaquam nota duello,
 Nec possunt finire super veniente caterua
 Afrorum multa, donec stimulante furore
 Atq; odio, occultum ad lucum venere seorsum
 Circumseptum herbis, viridantiq; arbore, & amne
 Exiguo, Rhodani ex vndis miro ordine ducto.

Natus Agrani.
 ni. i. Miere
 cartus filius
 Agricani
 qui à Poeta
 Agranus
 sycopoe di-
 citur.

In medio, velut Isthmus erat spacioſa platea
 Plana ſine arbuſtis, & nullis aſpera ſaxis
 Solis verbenis flagrisq; ornata per imam
 Cauliculis ſparſis tellurem, vbi forte palumbes
 Sidebant, ergo fortis Zerbinus & heros
 Circasie ingreſſi lucum violenter in iſtum

Certamen
 Mantrecarti
 & Zerbini.

Enſibus horrendum inſtaurant, velut ante, duellum
 Quadrupedesq; ſolum conculcant calcibus, olim
 Intaſtum, virides equitumq; cruoribus herbae
 Tinguntur, reſonatq; fragor, nitidaq; reſultant
 Ex armis flammae, veluti ex fornace metalla
 Rubra incude ferit faber & maiore miniſtri
 Inq; vicem feriunt iſtu excuſſaq; per auras
 Scintillae ignitae volitant atq; vndiq; turbas
 Spectantes abigunt, crebris non ſecius hoſtes
 Ictibus & validis circum tremere omnia cogunt.

Isabella
 ſpōſa Zer-
 bini errans
 per illū lo-
 cū. erſa in
 palūhem
 emittit vo-
 cē ſā cuius
 vocis ſoni-
 tū duo bel-
 liores de-
 fertō eerta
 mine diſce-
 dunt iuoq;
 arbitrans,
 ſuā Amaſiā
 illac errare

Interea heroes dum ſic duo Marte potentes
 Decernunt ferro, vox valle auditur ab ima
 Fœminea, ex dulci modulo procedere viſa,
 Gutturē formosae Cytherae, itaq; aëra clara
 Articulata ſonat, crudelis & impie tanto
 Tempore deſertam ſic me ſuiſ ire, per iſtos
 Atq; errare locos, aliena diuaga forma
 Sermone audito heroes ſubito ora reuertunt
 Quiſq; ſua talem vocem ratus eſſe puella.
 Doralices, Mantrecartus, Zerbinus at albæ

Isabella,

Isabellæ, igitur posito certamine, vterq̃
 Discedunt diuerso itinere, exuperatus amore
 Circasie rex Doralicem dum quærit ad Afrum
 Castra propinquabat circum sacra mœnia septæ
 Leucoteæ furijis iraq̃, accensus omissum
 Certamen propter, Batauuus sed vbiq̃ leuatis
 Vocibus Isabellam omni vestigat amator
 In sylua, tandem qua vox resonauerat illa
 Purpureis plumis caput insignita palumbis
 Olli visa fuit, speluncæ in lumine celsa
 Sub rupe humanas conata effundere voces.
 Zerbinum versus, sed non sibi, vt ante loquela
 Mox erat ore suo quamuis amissa volucris
 Non foret omnino, tales si ex pectore voces
 Nixa diu effudit, quid in omnem lumina syluam
 Diuertis Zerbine, memor nunc voce relicta
 Audita Isabelle, illam iam tempore tanto
 Hactenus oblitus, postquam mare naufragus omne
 Deseruisti vndis, non sic genitoris ab arce
 Cum raperes spondisti illi, memor ipse prioris
 Temporis esse velis Cantabri regis vt æde
 Natam Isabellam tuleris perq̃, æquoris vndas
 Perdideris ventis, & tempestate coactus,
 Ergo vbi naufragio fueras sic sparsus in æquor
 Iam ratus Isabellam vndis peruisse profundis
 Auxiliante Deo quem sepe afflictæ vocaui

Zerbinus
 Isabellam re
 perit cõuer
 sam in palu
 bem.

Isabelle ser
 mo ad Zer
 binum.

Virgine

Virgine sub Maria, de tanto erepta periclo
 Illa ego diffugi, famulo comitata Odorico.
 Qui rate quassata medijs me fluctibus alti
 Exanimem reuocarat itemq; animarat, ab vnda
 Donec iam tranquilla, ambo egredemur ad oras
 Celtarum incolumes, non longe à mœnibus vrbis
 Massiliæ, & tandem nostri deuictus amore
 Impatiens Odoricus amans, per deniate squa
 Desertosq; locos deducens flectere tentat
 Me sermone procax, nolenti & sepe minatur
 Vm q; mihi faceret violentus voce leuata
 Ni mihi ab hoc antro egrediens succurreret annis
 Fœmina confecta & magica nimis arte perita
 Logistea, vnquam si audisti, recta vocatur
 Meta pudicitiae, atq; operum studiosa bonorum
 Autor, vt ergo meis properauit vocibus, omni
 Sedulitate virum sceleratum separat vnaq;
 In fœdum versum Buffonem detinet antro,
 Me tamen in volucrem quam spectas ipse palumbem
 Verterat, inq; vicem quando huc redit illa figuram
 In propriam transformat anus, cui cuncta roganti
 Fata mea expando verum quia sanguine crebris
 Effluitante tuis è plagis vberibus multo
 Infelix video sensim tibi desse vigorem
 Dum stupidus me attente audis, sperare parumper
 Te decet, inquiri auxilium dum forte volatu.

Quot tuus hic possit sisti de vulnere sanguis
 Dixit & in terram Zerbino rege cadente
 Semianimi, præpes volucris volitauit in auras.
 Et rostro graue odorum affert mox scordion, vna
 Atq; hæmatitem, quæ semitrita Bataui
 Zerbini in patulas fauces inuergerat intus
 Totum immissa caput, supresso sanguine prorsus
 Spiritibusq; simul reuocatis Mantius heros
 Exurgit terra, amplecti velletq; palumbem
 E manibus labentem, inquitq; o chara volucris
 Quid fugis? hæc forsitan non sunt ea brachia grata
 Inter quæ gaudere olim lasciua solebas.
 Huc accede, nihil timeas te voce profecto.
 Nosco Isabellam quamuis vidcare palumbis
 Sum tuus en Zerbini ego, nec falleris ipsa,
 Ne te, verum, inquit, testor per numen in vnda
 Vltro deserui sed tempestatibus actus
 Tres Eurvsq; Aquiloq; dies cum noctibus alto
 Nantem me dextere vsq; ad tres Stæcadas, vnde
 Naufragus ad patriam veni dein littus ad istud
 Allaturus opem Carlo, tot milite septo.
 Te toties vbi quæsieram terraq; mariq;
 Nec reperire vsquam potui, nec sæpe rogatus
 Nauta quis indicium potuit mihi dicere certum
 Forte tui, sic dum loquitur Zerbini amatam
 Ad volucrem, venit ecce illis anus obuia more

Loquente
 Isabella
 Zerbini
 ex vulnere
 bellus belli
 antea facti se
 nianimus
 cadit quem
 Isabella cum
 scordio her
 ba reuocat
 ad vitam.

Zerbini
 amplecti-
 tur & loqui-
 tur Isabellam.

Logistæa
maga quæ
conuertere
rat prius
bellâ in pa
lumbæ accē
dit ad locū
vbi erant
Zerbinus
& Isabella
quæ expo
nit causam
ob quâ cō
uerterat eā
in palum
bæ & dein
Isabellâ ad
Pristinâ re
ducit figu
râ ambob;
in suis sub
terrancis
palatijs re
cipit.

Logistæa suo, heroem nouitq; Batauum.
 Quem dextra arripiens, saluæ, inquit, nobilis heros
 O Zerbine, diem hunc optatum cernere quantum
 Speravi, vt bellæ Isbellæ quam esse volucrem
 Conspicis, astares præsens dulcisq; maritus.
 Ex violenti eius famuli quam vociferantem
 Eripui à manibus, nec se cohibere valentem.
 Quare illo eiecto procul, atq; hinc forte fugato,
 Hactenus illam habeo mecum simuloq; palumbem
 Rursus & in propriam remeant, volo quando, figuram,
 Tum maga flauentes crispas, sic fata, volucris
 Vertice de capitis remouet, vultusq; priores
 Zerbino coram, Isbellæ soluerat, ambo
 Ast vbi se nouere vxor, pariterq; maritus
 Oscula vbi placida & dederant, se amplexus vterq;
 Mox arma exutumq; & quadrupedante soluto
 Zerbinum atq; vna Isbellam ducit ad antrum
 Logistæa suum, quibus ingredientibus, intus
 Atria confestim apparent crystallina, luce
 Externa plus clara satis, fons murmurat vndis
 Plenus vbi, de quo exigui duo in atria riuus
 Diffunduntur, ibi lauit sua vulnere fortis
 Zerbinus, curatur vbi cito saucius herbis,
 Et succis Logistææ, sponsæq; decore
 Sedulitate suæ, preciosis vberè multo
 Atq; instaurantur dapibus, circumq; choræis

Nym-

Nympharumq; ministerijs, mox atq; ibi plagis
 Incolumis Batauus fuerat, nimiumq; reperta
 Isabella hilaris, tanto at memor esse periculo
 Et Carlum, atq; suos, obsessamq; vndiq; multis
 Millibus urbem almam, medios intrare per hostes
 Leucoteam cum sponsa animo determinat audax.
 Hac decernentem secum, magicæq; magistræ
 Sese exponentem, sic fœmina fatur ad illum.
 Zerbine armipotens Batauorum maxime princeps
 Te video intentum studio succurrere Carlo
 Hostibus afflictum tantis, Libyesq; tyrannis,
 Sentioq; esse æquum, & nimium meminisse necesse.
 Obsidione etenim tanta perstante, fidelis
 Plebs quasi tota ruet, Carlusq; peribit, & eius
 Curia, nec solus tantis obsistere quibus
 Viribus, & tanto valido, vastoq; giganti.
 Præsidio quare satis est maiore periculis
 Nunc opus in tantis, & opem cito querere victis.
 Non procul ad calcem molis fortasse Pyrennes
 Ezechua in valle, insignem præstantibus armis
 Corporeq; & virtute, virum deserta per ampla
 Errantem inuenies, cuius vigor acer in armis
 Æquat Rolandi, nec non Ammone creati
 Viribus, hic, si vnuquam nomen peruenit ad aures
 Sicut credo, tuas, Bernardus Carpius omni
 Cognitus est mundo, profugus qui regis ab oris.

Logistza
 sua det Zer
 bino vt ad
 calcē tēdat
 Pyrennes
 vbi est Ber
 nardus del
 Carpio qui
 liberauit
 Parrhisios
 ab obsidio
 ne.

Hispani Alphonſi nunc huc conceſſit ob iram
 Ipfius regis, tetro qui carcere clauſum
 Bernardi patrem nunquam per ſepe rogatus
 Soluere dignatus fuerat, quin deniq; natum
 Et ſemel atq; iterum orantem pro inſonte parente
 Expulit vrbe ſua, & profugum diſcedere iuſſit.
 Exilij hæc eſt ſumma ſui, nunc fama quiritum
 Bis ſex, & Carlo magno deducit ad oras
 Celtarum, vt Chriſti poſſit ſuccurrere genti
 Vſq; ad eò oppreſſæ, diuina mente quod actum
 Cenſeo, ibi ergo illum, vt dixi, reperire valebis
 Interea vxorem, Bradagmantis in vrbe relique
 Maſſilia, dein atq; ad valles tende Pyrennes
 Inuenieſq; illum, non longe ex vrbe Tolofa.
 Cui referes quanto Carlus proceſſq; periculo
 Subyciantur in hac hora, ſic fœmina fata
 E ſpelunca effert viridiq; in littore ſiſtit,
 (Geſtatum certamen vbi fuit ante ſuperbum)
 Innocuos ambos, at equum Zerbinus in herbis
 Arripit atq; cruenta ſimul ſibi commodat arma.
 Quadrupedante dein vxorem ſuſcipit, alma
 Logiſtæa quibus comes it, cum coninge verum
 Zerbinus nimium gratus pro ope & ære recepto
 Logiſtæa, abit, & latum ſimul inde Sagonam
 Præterit, hoſpitio gratoq; admittitur vrbe
 Maſſilia, linquens mœſtamq; ibi deniq; bellam

Zerbinus à
 Logiſtæa
 diſcedit cū
 ſua ſponſa
 quaſiturus
 Bernardū.

Ifabel.

Isabellam, vna cum coniuge, matreque charam
Rinaldi, multo seruatis milite in vrbe.

Inde exit Zerbinus, aquas iterumque Sagone
Et Rhodani transit, tandemque accessit egenum
Oppidulum, iuxta fluuiumque, & littus, amœnum
Delubrum inuenit, sine religionis honore,
Certe arasque, crucemque Afri simulacraque sacra
Diruerant, auro, caeso custode, potiti

Hunc sacrum ergo locum ingressus Zerbinus ad aras
Semirutas supplex stetit atque; ita pronus adorat

Zerbini
oratio ad
Deum pro
Carlo &
suis.

O pater omnipotens totius conditor orbis
Qui prius innumeris obsessam millibus vrbem
Eripuisti olim Solymos Holofernis ab ira
Vnius Iudith astu, qui denique regem
Et tuum Iosapham eois a regibus equum
Erueras, populumque tuum, Mossenque tyranno
Ex Phario, complura alia atque; ingentia mira
Pro sanctis quæ olim fecisti sponte ministris.
Sic miserere tui populi nunc ipse fidelis.
Regis itemque tui Carli, tot ab hostibus vrbe
Leucotea obsessi, quem iam fore credo peremptum
Occisosque suos proceres, nisi dextra tuetur
Nunc tua sancta illos, triplici pro numine quare
Temiser oro tuo, pro nato denique; charo
Christo, nos propter mortemque, & vulnera, passo.
Pro genitrice sua sacrata virgine, saclo

Pro triplici
numine. i.
tua Trinitate.

*Leſta tibi aeterno, plebem digneris ab Afris
Hoſtibus hanc fidam, dextra omnipotente tueri,
Parce pio generi, peccatis parce tuorum.
Nunquam etenim tu ſupplicibus, miſerisq; negaſti
Quamuis immeritis, veniam poſcentibus vltro.*

Petit à Deo
venia pro
peccatis ſi-
delium.

Vir ſanctus
apparet Zer-
bino inter
ſomnia que
etiã monet
vt quarat
Bernardum
peculiarẽ -
que ſignat
locum vbi
eum inue-
nit.

*Talibus orantem dictis, ſopor occupat altus
Cui ſubito effigies hominis per ſomnia viſa eſt
Barbamq; & canos prolixos ſparſa per ambos
Ingentes humeros coopertaq; veſte nitoris
Siderei, ſic & Zerbinum aſſarier inſit.
Exaudita tibi eſt Zerbine oratio, nec non
Et Carli, Dionyſij eadem nunc aede precantis.
Quare age ſomno alto decet exciteris, equoq;
Maturare fugam, atq; ad calcem collis acuti
Hinc tibi qui egreſſo mox apparebit, opacam
Inuenies adem, heroem ſimul intus & illum,
Quem queris, nitidis armis galeaq; nitentem
Et ſcuto inſigni, caſtello, vnaq; leone,
Hic tecum poterit Libycos auertere reges
Lencotea, poſitaq; vna obſidione fugare,
Externis donec Rolandus venerit oris.
Et reliqui validi Palatini, donec acerbum
Agramanta ſuo proſus cum milite vincant.
Effigie tali, atq; etiam ſermonibus alto
Ex ſomno obſtupidus ſurgit Zerbinus, vbiq;
Luminaq; expandit ſi cerneret amplius vmbra*

Diuinam cum somno oculis quæ euauit auris,
 Ergo sermonum Batauus non immemor heros
 Impiger accelerat contra & sub culmine montis
 Prospicit exiguum tectum ut per somnia, dicit
 Sancta viri effigies ad quod iam soie cadente
 Accessit, dominoq; intus cum paupere tecti
 Atq; vxore, virum sub eisdem insignibus armis
 Quæ sibi nota inter fuerant in somnia, vidit.
 Tum Zerbinus equum ducens per lora potentis
 Bernardi Carpij pronus se flexerat ante
 Ora & salue, inquit, salue fortissime gentis
 Hispanæ ductor, cuius diffusa per orbem
 Me fama atq; etiam diuina oracula cogunt
 Te coram apparere modo, & petere ocyus vna
 Auxilium, pro Carlomagno, atq; vrbe fideli.
 Millibus obsessamultis, Libyæsq; tyrannis,
 In te etenim spes omnis adest nunc sacra tuendi.
 Mœnia Leucoteæ tanto Celtaeq; periculo
 Eripiendi vna, & Carlum, quo deniq; prorsus
 Euieto iam pene omnis Christiana, peribit.
 Religio, sedesq; Petri suprema ruine
 Emmet extrema, tanto modo rege perempto.
 Te, mora nulla, decet nunc mecum irrumpere castra
 Hostium adusq; fores obsessæ funditus vbi bis,
 Vexillum & nobis crucis ostentantibus ante.
 Cancellos, vbi Carlus adest, primi q; suorum.

Zerbinus
 inueni Ber
 nardum &
 alloquitur.

Iam quasi victores nobis cogentibus hostes
 Terga volente Deo vertent, ego nomen ad aures
 Si modo tale tuas unquam peruenit, Odonei
 Sum regis Batauū natus Zerbinus ad istud
 Qui bellum, laturus opem cum milite veni
 Magnanimo Carlo sed pugnans fortiter acri
 Cum Mantrecarto, casu seu numine diuū
 Fœmineam ad vocem epugna discessimus ambo
 Exin delubro quod non hinc plurima distat
 Millia adhæresco, somno capiorq; profundo
 Inter prima mihi ecce apparet somnia canus
 Religionis homo vultu & venerandus, amictu.
 Hic mihi vt hac exul nec non ignarus & anceps
 Errares sylua & quam propter deniq; causam
 Armorūq; etiam indixit manifesta tuorum
 Indicia, atq; tuum veteris nomenq; parentis
 Sanchij Saldannæ, sic fantem, brachia, circum
 In collumq; humerosq; heros imponit Iberus,
 Inq; vicem complexus eum dedit oscula dulciq;
 Ore refert, Zerbine potens ditionibus, vna
 Et proavis, pietate tamen, sed maior & armis.
 Fortunas nostras errores atq; viarum
 Sat nosti, te fante, tua agnouiq; vicissim.
 Actutum mora nulla ergo in discrimen abire
 Pro Papa, & Carlo, pro religione fidei,
 Conuenit, hæc fatus frigentem adiungit ad ignem

Zer.

Zerbinum, mandansq; eius cito quadrupedantem
 Pascere, ei elixam pernam dedit arictis, aprī
 Atq; armum pinguem, fuscum panemq; rubente
 Cum vino, pastorum epulas ea parua colentum
 Tecta, vbi iam vero Batauus Zerbinus & acer
 Carpius, indulsero cibo, & cepere quietem.
 Quadrupedes domitant celeres, comitantibus ambos
 Roiano, Orthonio, Bernardi forte ministris
 Volscorum pontemq;, Ararimq;, simulq; Viennam
 Prætereunt, Lugdunum etiam captamq; Arelatem
 Intempestina tandem sub nocte silente
 Per media irrupunt Afrorum castra repente.
 Quotquot & inueniunt vigiles ad Tartara mittunt.
 Custodesq; necant primos Vlimanon, agrestem
 Murenumq; Pigamum vna, vocesq; cadentum
 Mox vicinorum resonant tentoria ad alta,
 Et regum, atq; ducum, turres & adusq; supinas
 Urbis murorum, tantos ad forte tumultus
 Inuadunt, vtrinq; hostes, hinc agmine ciues
 Hinc Afri, se quisq; ratus contra arma parari
 Proditione, doloq; ideo rex Carlus in vna
 Parte, alia Agramans se inuadunt denuo contra
 Zerbinus, nec non validus Bernardus adherent
 Celtarum cuneis Afrorum sanguine tincti
 Arma, velutq;, feræ catulorum morte leuæ
 Atroces, quæcunque vident animalia iuxta

Zerbinus &
 Bernardus
 simul
 ad eunt Par-
 rios & re-
 punt per
 medios a-
 froscum mul-
 ta itaq;.

Dilacerant, nec pastor agris nec rure colonus

Fortitudo
Bernardū &
Zerbini.

*Apparent, sic atq; etiam Zerbini, & acer
Carpus, incautos feriunt lethaliter hostes.*

*Nec minus è contra Feragutus, martius vna
Et rex Gridassus, Sacripans, Grandonius, ingens
Falsiron, cum Marsirio, cum Stordiliano.*

Atq; alij, aduersa occurrunt de parte, tumultu

Ex improviso, nondum gens semisopita

Themefis.

Fulta armis quin semi, ineunt certamen, inermes,

Inq; vicem, nunc nempe suos, aduersa putantes

Agmina, dilacerant, nunc atq; immaniter hostes.

At Christiana phalanx iam noti principis astu

Zerbini, collecti vna dant vulnera multa

Dum Bernardus vti Mauors certamine velox

Inseuit medio, & bellantes territat omnes,

Obuius atq; exit contra Sacripanta ferocem

Atq; Almonte satum necnon Gridasson acuto

Bernardus
interficet
Dardeliū.

Et gladio sic Dardelium percusserat inter

Tempora, vt abscissa galea septemplex æris

Fortis adusq; genas impubes, venerit ictus.

Dardelio sic ex animo mox vulnere tanto

Eleuat Agramans vocem qui ingente dolore

Cum Sacripante ruit cum multo milite in illum,

Luciferi ex ortu sensim venientibus vmbis.

Quem pariter feriere ad eò violenter vt ingens

Mons rueret mille in partes diuisus ad imum.

Ictuum

Ictuum at assiduuum nimbum diuenterat almus
 Angelus e caeli missus regione Michael,
 Et iuxta pugnans cecidit captiua Roanza
 Compluresq; viri fortes ibi morte ruerunt.
 Ast alio, vibrans gladium, percusserat, ictu
 Carpius Agramanta, sui quem protinus Afri
 Suscipiunt, fugiuntq; simul quos Carpius audax
 Insequitur multis caesis hinc inde cruentus
 Hostibus, at Zerbinus idem facit, & quoq; Carlus,
 Rugier, & Bradagmans, Marfissa, alyq; quirites,
 Inq; fugam Libyci heroes vertuntur, vbiq;
 Cæde repentina attoniti, replet æthera clamor,
 Iamq; propinquabant tentoria ad alta, tyrannus
 Stabat vbi Rhotamons languens à vulnere multo.
 Qui subito è lecto surgens se vestyt arma,
 Arrapiensq; bipennem exit contra obuus hostes
 Increpat hisq; Afros fugientes deniq; dictis.
 Quis pudor o Libyci heroes, quos nomine tantum
 Expauet auditototus cum regibus orbis,
 Sic fugere exiguos hostes quos nuper in vrbe
 Leucotea clausistis, ait, conamine paruo,
 Tam cito victores victi, validiq; leones
 Conuertuntur oues, timidae, heroesq; puella?
 Sic fatus reuocauit eos, pudor excitat iras,
 Lucarnumq; priorem vsq; ad thoraca bipenni
 Diuidit, & mille in partes intersecat Vzen.

Archangelus
 Michael
 à Bernardo
 & Celtis cogit
 fugere Afros.

Bernardus
 Carpius percutit
 Agramantem &
 cum fugat eum suo
 exercitu.

Rhotamons
 increpat
 Afros fugientes
 & occidit
 Lucarnum
 & multas
 edit strages.

Vzen

*Vzen Carnutum armorum certamen amantem,
 Momentoq; breui multorum caede cruentos
 Reddit agros, donec letus Bernardus Iberus
 Ocyus accelerans adeò percusserat armo
 Discooperto Afrum, vt vulnus penetrarit adusq;
 Brouchia & arterie implexus immaniter aspra.
 Hic est interitus seui Rhotamontis in armis
 Terribilis, totoq; adeò nimis orbe tremendi.*

Bernardus
 interfuit
 Rhotamon-
 tem,

*Interea Celtæ viso moriente superbo
 Saichæ rege leuant hilares ad sidera Voces
 in Libycosq; ruunt ausis maioribus hostes.
 Comminus & crebris telis immane cadauer
 Figunt exanimi & sumunt de corpore pœnas.
 Sed Galaon Maguntinis stipatus & hasta
 Sublimis magica hac pergens turbauerat omnes.
 Expoliansq; armis Rhotamontem protinus illa
 Induit, & capiti galeam superaddit opaca
 Ignotus seseq; abscondit noctis in vmbriis.*

Galaon ca-
 dauer Rho-
 tamontis
 spoliat cu-
 ius armis
 se construit
 & abscondit.

*Interea exoriens humentes effugat vmbra
 Phœbus, & Arctophilax gelida discedit ab Arctis
 Cum certatim Afri fugiunt statione relicta
 Saucius atq; etiam irrorans dum meta cruxore
 Agramans & Marsirius Libyesq; tyranni
 Atq; Arelatem urbem accelerant properanter equiui
 Alzartus dum, Mantreartus, dum fortis, & acer
 Gridassus, Scardassus item, & Feragutus Iberus,*

Luca-

Lucafer atq; atrox, & Stordilianus in vnum
 Contendunt armis, aduersus millia multa
 Celtarum, quorum reddebant strage cruentos
 Assidua campos, morientum ad deniq; voces
 Accelerat Zerbinus in acrem & dirigit hastam
 Mantrecartum, iectus sed non bene reclus adhæsit
 Gridasso, ruere in terram quem compulit armis
 Transfixis, laterisq; etiam cute adusq; latentes
 Costas, Agrani tum fortis filius, hastam
 Eiectam ratus esse sibi, mox vertitur hostem
 Aduersus, telum, atq; inquit, modereris vt ultra
 Nunc melius, Zerbine meum sic mittere disce.
 Sic fatus capta valida concurrat in hostem
 Lancea & in medio fixit thorace, Batauum
 Cuspide trans scapulasq; retro egrediente, ruina
 Ingentiruit exanimus Zerbinus arena.
 Tum Celta, & Batavi, gemitus super æthera magnos
 Zerbino moriente leuant, multoq; ruente
 Milite contra Afros heroes vndiq; nimbis
 Telorum irruitur, nec possunt agmina tanta
 Nec tot ferre hostes, pedite ex ingente ruina
 Gridasso, cui dat Briadorum Agranius heros.
 At Galaon Sarchæ vestitus regis in armis
 Cum Maguntinis Turcharum imitantibus arma
 Illuc accedit fatali proditor hasta
 Argalia, quam Dordona de Virgine surtim

Mantrecartus
 Zerbinum
 interficit.

Cepe-

Ceperat in bello, Libycis heroibus, atq;
 Additur, apprensus Rhotamons prosternit & hasta
 Celtarum subito multos, fugat eminus omnes
 Ast ubi furtivis armis Rhotamontis acerbi
 Aurata atq; hasta Galaon Christiana fugarat
 Agmina, sat noto spacio sic fatur ad Afros
 Magnanimi heroes non sum quem forte putatis
 Rex Rhotamons, sed sum Galaon, ut scitis, amicus
 Nequaquamq; hostis nam quae nunc arma videtis

Galaon ve-
 sticus armis
 Rhotamon-
 tis & cū ha-
 sta Argalica
 accedit ad
 Mantreca-
 rum & eius
 socios à
 quibus cap-
 tar beneuo-
 lentia eorū
 que monet
 fugere ad
 castellum
 Tristiani.

Argely regis multo rubicunda cruore
 Vir sic tinxit ea externus fortissimus, eius
 Sanguine, & occidit, gestans Castella, Leones
 Scuto, qui Carlo, Palatinisq; additus ipsis
 Agramanta suis clausit cum gentibus, vrbe
 Nuper in Arlate & multos laceravit eorum.
 Interea ast acies interdum lustrō, peremptum
 Inuenio regem Rhotamontem vulnere saevo
 Quem cum gente mea spoliaui his protinus eius
 Ex armis quibus huc ad vos simulatus adhaesi,
 Hostibus innumeris vestris terrore fugatis
 Quare nam Carlomagnum, Palatinaq; pubes
 Fortis & ille heros redeunt cum milite multo
 Victores vrbe ex Arelate, ubi clausus Agramans
 Stat Libycis alijs cum regibus, illico refert
 Migrare ad rupim contra quam cernitis altam
 Certe ibi castellum est Tristiani, ita nomine nostri.

Indi-

Indigenæ appellane arcem, qua forte quietem
 Sumemus fessiq; armis, fessiq; periclis
 Bellorum tantis, intra sunt atria nempe
 Conditaiibi varijs epulis lectisq; parata
 Ostriferis, Merlinus enim fabrefecerat illa
 Arte sua magica, quibus errabundus amore
 Tristanus latuit Marij cum coniuge bella
 Issæa quondam, vnde manus ego quam cito tradam
 Rugierum in vestras primos Carliq; quirites.
 Hac fanti heroes parent. gratantur & vna
 Obstupidi morte audita Rhotamontis acerbi,
 Perq; imam vallem tendunt ducente sinistro
 Et Galaone, illos accedunt protinus arcem
 Tristani, atq; datis armis, custodibus intrant
 Tristanus morem hunc iussit seruariet, arcem
 Quicumq; ingrederetur homo, prius arma reponat
 Ærea vel maneant clausa ostia, deniq; postquam
 Intrarunt, molli, fessi mox membra cubili
 Imponunt, plagisq; simul noua splenia iungunt.
 At nunc Calliope satis est cecinisse trophæa
 Bernardi & Carli qui obsessam millibus vrbes
 Cum multis linquunt Arelatem exindeq; lati
 Cum palma redeunt latum Pæana canentes
 Nunc Calcedoni carmen conuertite diuæ,
 Sunt vbi Rinaldus, necnon Milionius heros,
 Et reliqui focij cum bellis pace puellis

Afros he-
 roes ducit
 Galson ad
 Castellum
 Tristani.

Digressio.

LYRAE HEROYCAE

LIBER DECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI X.

RInaldus, Richartus, Philomenæus, Morganor, Philena, Trasibullus, Caricles, Doris, Calcedoni propinquât ingressi plateam spectant festa & certamina equestria, Regemque Prusiadem, & Rolandum, & Oliuerum, & Orillum celsa astantes fenestra, à quibus celantes sua nomina petunt armorum certamina, cum quibus congregiuntur. Tâdem Aufonius cadit faucius, Philena veste virili simulata agnoscit Ludoricum in ludis, quem demôstrat Richarto, Richartus vero singulare certamen contra eum à rege petit, conceditur concertatio, Ludoricus cadit faucius lethaliter, sed Richartus discoopertus ex congressu manifestus fit, tandemque omnes se inuicem agnoscunt, & rex Prusias hactenus ignorâs eos agnoscit esse Palatinos quos iucundo hospitio recipit. Interea Angelica, vt prius facta inuisibilis, vnum equorum alatorum ascendit, effugitque per auras, tandemque equus alatus cum ea descendit potaturus in fretu Bendico, ex medijs vndis

vndis emergit mōstrum marinūm ad odorem Angelicæ, quam vorare appetit, equus autē iterum cum Angelica se in altum effert. Angelica autem pauida in syluam Borufforum ruit, gentes autem egressæ ex populis ad ruinæ spectaculum, offendunt Angelicam incolumem, quam arbitantes esse Venerem in delubro solenniter locant. Interea in Calcedone festa frequentantur, Paganusque Philenam ante regē & proceres manifestat. Tandem perspicue innotescit eam esse filiam regis Sidoniæ. Interea Vrgana & soror indignatæ Calcedonem intrāt, arripiūt suas quadrigas, & cornu incantati, quod gerebant, horrendo sonitu, omnes abigunt per diuersas partes, includūt Rinaldum, & Rolandū, Olinerum, Philomenæum, in speluncā vbi Artur ad fluuium subterraneum portitor stabat, qui etiam toruo sonitu fugatur, sororibus magicis exit obuiam Atalantus & carminibus efficacioribus vim cornu labefactat, increpat, abigitque sorores magicas, & cum Logistæa hospitio suscipit Palatinos, quos propter moram in Carli præsidio inculat. Tandemque adducūt in syluam vbi Britomars cum sua sponsa Florissa, & Tyrantus contra duos feroces gigantes armis certant, nimirum contra Serpentinum, & Alce

tem, qui ab eis Florissam rapere contendebant, Rolandus vero subito ingressus in syluam interficit Serpentinum & Alcentem, deinde Florissam cum Logistæa dimissa ad opitulandum Carolo accelerant.

A L L E G O R I A.

PER ingressum Rinaldi & Richarti & sociorum in certamen festiuum, ruinaeque Aufonij, & mortem Ludorici, intellige, multoties in medio festorum, & lætitiæ, & luxus, multa in fortuna, multasque calamitates, accidere, idcirco Salomon asseruit malo ire domum lætus quam domum lætitiæ, intellige etiam, nonnunquam sub prætextu ludi equestris, & festiui certaminis, pristinas iniurias vindicari quod clare innotescit, tum morte Ludorici, tum Vrganæ horrendo fonitu. Innotescit etiam ingratiudinis officium pari vicissitudine nonnunquam compensari, per Angelicæ fugam in equo alato, quæ furtim subripuit, & per sua quæ passa fuit pericula, & quo tandem pacto tanquam dea fuerit venerata in Borustorum templo, intellige, animam rationalē quæ de relictis huius sæculi voluptatibus, & inani gloria ad cælestium & diuinarum

narum rerum contemplationem ascendit, quæ tametsi, idcirco labores, & egestatem, hoc sæculo perpeti videatur, tantæ tamen virtutis exemplum indelebile permanet in religionis domibus, ubi iustorum & sanctorum memoria semper excolitur, per Vrganæ subitum aduentum cum suo effascinato sistro cuius sonitu festa turbantur omnesque fugantur, intellige linguam nequam, qua nihil infestius reipublicæ & familijs, hæc enim vires assumit à liuore, malevolentia & vindictæ desiderio, propter hæc multi exultant, extorresque à suis familijs fiunt, hæc nõ solum diuitijs, & rei familiari, sed honori infestissima est, cæterum per occlusionem in spelunca Rolandi & sociorum, & fugam Arturis portitoris, ob sonitum cornu, intellige, linguam nequam non tantum nocere ciuibus & reipublicæ, sed & religiosis & antistibus, qui per Arturè intelliguntur, quos omnes lingua nequam sua virulentia includit in spelunca tribulationis & calamitatis, cæterum per Logisteam quæ fascinum cornu labefactatur, sororesque magicas in fugam vertit, intellige potentiam rationalem cohibentem aleas sensuales potentias & non modo hæc sed & mundus, qui per Atalantum intelligitur, tametsi fallax, nequit sustinere lin-

guæ nequam pernicioſa inquinamenta cui aduerſatur, eiufq̃ue detegit virulentiam, & prauitatem, ſilentioq̃ue perpetuo ſepelit, per Atalantum qui ſimul cum Logiſtæa increpat Rolandũ, & ſocios ex ſocordia erga Carlum in re adeò neceſſaria, intellige, quo pacto ratio, quæ ſub nomine Logiſtææ intelligitur, cum mundo faciès coniecturam & cum eius ſubitis ruinis tandem homines ducit in notitiam & cognitionẽ eorum, quæ male perpetrarunt, vt inde perſæſi ad virtutis & ſanctorum morum opera excitentur.

LYRAE HEROYCAE LIBER DECIMVS.



*Am Vere in medio ſpargebat lumina Titan.
Leda.e fratres geminos, atq; aſtratenebat,
Quãdo Ammone ſati, & comites, reliquiq; qui-
Cum bellis illis in Calcedona puellis (rites,
Inſignes nitidis & quadrupedantibus, armis,
Ingreſſi, ex luco, nemoroſa atq; æde ſuperbi
Regis Pruſiadis, fecere ante ora coronam
Anteq; reginam, & natas, bellasq; puellas,
Ante etiamq; Palatinos, procereſq; Bithynos.*

Doride

Doride iamq̄ suo cum sponso & matre Sabina
 Germanisq̄ sua dimissis ad quietis,
 Aligeris Rinaldus equis, fraterq̄ Richartus,
 Et Philomenæus, nec non Morganor, in auras
 Exiliunt celeres, iterum tellure repente
 Conspēcti terrent omnes, hastisq̄ laceffunt.
 Tunc veluti albentem cum se videt ante iuencam
 Taurus amans, alium venientem cornua contra
 Riualem excacuit, ramosaq̄ robora fronte
 Obtruncat, terramq̄ leuat cum calcibus aura.
 Non secus Ausonius princeps parat obuivis ire
 Cecus amore hasta valida simul atq; potente
 Quadrupede, aduersus vastum fortemq̄ giganta
 Morganora, decus sperans se acquirere tanto
 Ex Athleta ingens, Dorotheæ ante ora decoræ.
 Nec minus atq; facit Ludoricus, & Austrius heros.
 Pinagoras, alijq̄ viri Bithynia certe
 Nobilitas, dum Rolandusq̄, & Marchio fortis,
 Et quoq; Orillus, apud regem bipatente fenestra
 Defessi certaminibus, crebrisq̄ duellis
 Astabant, cum rege simul, qui ingentia membra
 Mirantur Morganoris, nimis aptaq̄ bello
 Corpora Rinaldi, & fratris, comitumq̄ suorum
 Aligeros & equos, auidum certaminis autem
 Plus æquo Ausonium, nimirum propter amorem
 Rex ratus à congressu inbibet, iubet atq; duella.

Rinaldus,
 Richartus
 cū Philena
 & alijs eo-
 rū conati-
 bus ingre-
 diuntur pla-
 teā ubi Pru-
 tiades rex
 & Rolandus
 & Oluef
 spectā: cer-
 tamina e-
 questria &
 ludos que
 fiebant ob
 Dorotheæ
 incolumita-
 tem.

Differre, heroes donec sua nomina pandant,
 Et genus, & patriam, si forte errore viarum
 Huc aut consulto appulerint certamen ad istud.
 Paruit edicto regis mox regia pubes,
 Et lituis, modulifq; alijs cessantibus apto
 Et suavi sonitu, sic fari Albanus in fit,
 Lumina ad alta leuans regis spectacula, notis
 Rolando, fratre atq; Alda, sat gaudia mentis
 Dissimulans, pudor ô nimius tres stare fenestra
 Femellas tanquam teneras, heroas in alta,
 Interpellandos molli sermone virorum
 Contendentum armis, quis eorum forte decoris
 Præmia dignus erit victore assumere ab ipso.
 Nunc nunc si, vt dicunt, tantum polletis in armis
 Ante omnes nobiscum æquis certate duellis,
 Nec censemus enim nisi ferro paudere nomen
 Et genus, & patriam, sic fantem audenter, ocellis
 Aspectat toruis superæ rex sede Theatri:
 Quem feruentem ira, mandantemq; arma parare,
 Ambo Palatini cohibent, & fortis Orillus,
 Seseq; ultores spondent sermonis, & ausus,
 Et Milione satus prior obuus exit in acrem
 Ignotum sibi Rinaldum, in fratremq; Richartum
 Marchio, sed contra Morganora acer Orillus
 In Philomenæum Ausonius tamen anteit omnes,
 Conflictu in tanto volitarunt aère fractæ

Cōgressus
 Rolandi &
 Oliueri &
 Orilli &
 Ausonij cō
 tra Rinal-
 dum & fo-
 cios.

Impul-

Impulsæ heroum validis cum viribus hastæ,
 Saucius Ausonius cecidit sed primus arena,
 Quem triplici fultum tauro defendit abenum
 Scutum, nec thoraca inter penetraret acuta
 Cuspidis hastæ potens, Græci mora nulla, ministri
 Esse omnino rati exanimum, tellure leuarunt
 Semianimem dominum, & dite imposuere cubili.
 Ast immoti alij ex congressu forte fuissent,
 Sed Morganoris nequiens cantatus Orillus
 Ferre potentem ictum, sese instaurarat ab actō
 Vulnere, & à casu, magica subitaneus arte
 Inq; giganta ruit stricto nimis acer acuto
 En se velut reliqui heroes, seseq; vicissim
 Percutiant, tum rex medio stetit agmine, multo
 Milite stipatus iubet & cessare vicissim
 Ensum, at hastarum rursus certamen inire
 Tunc minor Ammonis natus monstrante Philena,
 Armigero tanquam, se iuxta astante, virili
 In veste, agnoscens Ludoricum à rege petiuit
 Congressum cum illo nec non certamen aperto.
 In campo, interea reliqui & contendere cessent.
 Protinus his dictis rex annuit atq; plateæ
 In medio Lodoricum, vna iuuenemq; Richartum
 Constituit, paribusq; armis, paribusq; tributis
 Ensis, ad ludos aptis dum cætera pubes
 Depositis cupiunt armis ex aggere celfo

Philena ve
 ste virili si
 mulata de-
 monstrat
 Ludoricū
 Richarto.
 Richartus
 petiit à re-
 ge duellū
 contra Lo-
 doricū fi-
 lium regis
 Sardinie.

*Aspectare duos iuuenes, qui iamq; ruebant
 Cum validis hastis, princeps Lodoricus abena
 In galea sic percussit fulgente Richartum,
 Ut caput auulsa galea nudauerit hasta,
 Filius Ammonis scutumq;, & pectus Ephæbi,
 Transfigens ipsum media prostravit arena,
 Vulnere semianimem lethali; ita victor & illum
 Affatur, discas regum genus amplius esse
 O Lodorice bonæ ingratus haud esse Philenæ.
 Hæc congressu ipso fantem discurrere contra
 Cœperunt Sardi strictis mucronibus ira,
 Et super impulsu attonitum, & iam pene labantem
 Ammonis natum, inuadunt, ac frater & vna
 Morganor, Philomenæus, princepsq; Philenæ
 Occurrunt gladijs eductis, cædeq; multa
 Afficiunt Sardos, sed mox Bithynia pubes
 Effera surgebat contra, nisi primus Oliuer
 Ora exarmatum cognoscens ante Richartum
 Arma inhiberet eis, Sardisq;, ita voce leuata,
 Quis furor ô iuuenes æquo certamine victum
 Sic velle vlcisci dominum? qui si velut hostis
 Perstasset victor citra certamen & iras
 Nunc voluissetis vestro Paane potiri,
 Inq; vicem fortuna vti, quin protinus ergo
 Armis exuite & pariter tellure leuate
 Semianimem vestrum dominum, sic fatus ad ipsum*

Lodoricus
 cadit lethali-
 ter sa-
 cius ex cõ-
 gressu Ri-
 charti.

Per

Per medios rumpens hostes accedit amicum
 Quadrupede, atq; vna positus amplectitur armis
 Prosequitur Milione satus, fatalis Orillus,
 Et notos charos fratres vno ore salutant.
 Interea edicens Lodoricum efferre cruentum
 Ad celsas arces & curam si qua fuisset
 Commendans medicis, heroas venit ad ipsos
 Militerex multo stipatus, iussit & vna
 Rinaldum dextra accipiens mox atria ad alta
 Cum lituum sonitu duci & clangore tubarum
 Atq; epulis ad cœnandum plerisq; peractis,
 Accumbunt omnes. folio rex primus eburno
 Hinc Milione satus, sedet hinc Albanus heros,
 Dein & Oliuer, & hincq; Richartus, moleq; vasti
 Morganor, Philomenæsq; & cætera pubes
 Illuſtris, simulata virum secus atq; Philena
 Bella sedet, regina etenim Dorothæaq; bella
 Et Clara nata minor cum externis inde puellis
 Principibus, cumq; indigenis in parte seorsum
 Cœnabant, vbi colloquia inter plurima grata
 Rex, procereſq; sui nouere heroas, eorum
 Et genus & patriam, consanguinitatis & vna
 Vincla, diu immemores, sed iam dea sacra videmur
 Angelicæ, effugiens hominum quæ lumina passim
 Carminibus magicis, postquam certamina vidit
 In medijs turbis accessit ad aligerorum

Rex Prutia
 des com-
 ter recipit
 Palatinos.

Rex cog-
 noscit Pala-
 tinos.

Digressio
 ad Angeli-
 cam.

Quadrupedum stabula atq; vni tam bella videnti
 Membra nimis placido imposuit sua fræna simulq;
 Stragula, quo celeri penetrata nube volatu
 Aduerbitur, nullumq; anceps, miserabilis auris
 Noscit iter, se se infœlicem dicit & vna
 Amentem, siquidem proceres ingrata, tot vna
 Spreuerit & reges, malens se credere fati
 Aduersis, & cum lachrymis conquesta, per auras
 Transit equo, & terras sub se videt vndiq; multas
 Impreston, Noxam, atq; Arlam, atq; Hybernia r
 Et Syluam Calce donam, Rhabarisq; fluenta,
 Atq; Hypanis, ante & Gothiam super æquore, necn
 Bendicumq; suum Riphæaq; cubina, magnum
 Atq; Dier sinum fluuium, populosq; Borustos.
 Ast vbi se medijs vidit super æquoris vndis
 Alipedemq; simul sensim descendere in altum
 Frænare torquebat virgo perterrita vastis
 Fluctibus vndarum, sed equus conuertere terga
 Sæpe recusabat, quanquam parere volebat.
 Forte alto in medio præuasti lumina monstri
 Atq; Ungues vidit sensim emergentis, odorem.
 Ad prædæ, quare cum se inclinaret in vndas
 Potaret, naretq; vna, monstro euolat vltra
 Conspecto sonipes, frænos torquente puella
 Ignara, ast alatus equus conamine frænium
 Præcipitem excuteret teneram ne forsan in æquor

Angelica
 equo alato
 fugit per
 auras.

Equus ala-
 tus Angeli
 cæ vehens
 descendit
 ad biben-
 dū in mare
 vbi videt
 monstrum.

Angelicam, velox redit, erectumq; draconem
 Celsum instar ruptis ferit acriter vnguibus inter
 Colla, atq; atrocem vultum, dein tollitur auris
 Virgine cum stupida, at monstrum sic deniq; prædam
 Euasisse ferox fremitu vacauerat æquor
 Fluctibus, & subito sicca spectantur arena
 Mole sua atq; iterum monstrum submergitur altum
 In pelagus, vastis & naribus æquore sufflans
 Vicinos populos aspergine roris inundat
 Ad tempestatem, tantos strepitusq; draconis
 Territa equo cecidit virgo Galafroia ab alto,
 Et fors flante Euro, tennesq; implente lacernas
 Vulneris immunis cecidit suffulta per auras
 Virgo, Boruscorum non longe à manibus vrbis,
 Ad vultum & strepitum prolapsa ex aëre molis
 Occurrunt pleriq; equites ex vrbe propinqua
 Fulgenti stricto ferro emerfisse putantes
 Immane è pelago monstrum vastare popellos
 Circum vicinos atq; vrbem deniq; totam,
 Qui sic horrentes scopulos vbi forsitan inter
 Videre Angelicam solam tellure iacentem
 Semianimem geminis lambentibus anguibus illam
 Mirantur raro aspectu, æthereaq; figura,
 E celo atq; rati Venerem venisse supremo
 Extemplo venerantur eam, dapibusq; litatis
 Nectareo & potu curru imposuere nitente

Angelica
 cecidit ex
 equo alto
 ad vrbem
 Boruscorã.

Borusci in
 venientes
 Angelicam
 inter scopu
 los incolu
 mem arbi
 tratur esse
 Venerẽ du
 cuntque eã
 cum pãpa.

Qua.

*Quadrifugo, mediamq; vna duxere per urbem,
Delubroq; locant, coram spectante corona
Diuinos vultus, & miri membra decoris.*

*Sed iam demissa Angelica procul orbis in oris
Contenta hospitioq; nouo, sacrisq; litatis.*

Tanquam vni diuūm, solitos dea vertito cantus

Digressio.

Ad Calcedonem, vnde auris effugerat, urbem.

Stant vbi germani fortes Ammone creati

Atq; Palatini socys cum fortibus ambo.

Ablatis epulis rex & regina, puellas

Exercere aulae in medio edixere choraeas

Prima omnes inter surgit Damofitea bella

Et molulando, choros altiarum ducit amantum

Per noctem lunaradios spargente fenestris,

Ecce autem interea medijs custodibus aulae

Diruptis, Athleta armis & corpore vastus

Ingreditur, clauamq; humero fert saeuus abenam

Loricam indutus, latam pariterq; macheram,

Atq; ita clamore elato coram omnibus infit.

O rex ignare atq; o gens Bitbynthia tarda

Noscendo, nimio vino, somnoq; sepulti,

Quinon hos homines sceleratos noscitis esse

Hospitio nuper quos suscepistis honore,

Exploratores etenim, furesq; maligni

Sunt, Carli ex oris, qua parte & perdere possint

Hac regina eximio studio speculantur, & aslu,

Qui

Qui Phœnicum oris furtim rapuere Philenam
 Regis Aristidis natam ex penetrabilibus arcibus,
 Testis enim ipsa est hic quæ inter sedet ecce cæteruas
 Veste viri accincta atq; omnem velata galero
 Fœmineam formam, sic fando Athleta Philenæ
 Ora palam manifestat, eam retinetq; sinistra
 Diffusam pallore genas, nimioq; rubore.
 Opprobrium tantum non sustinere gigantis,
 Ammonis nati, sed nec Morganor, acerbus
 Nec Philomenæus, quin fari ita plura parantem
 Athletam vnanimes contra occurrere macheris
 E ductis nitidis, vno facto impete, solus
 Quis raturuere aduersus mucrone giganta,
 Adiuncti sed in vnum omnes tunc forsitan inermes
 Athletam feriere adeo diolenter vt ipsum
 Transactis armis, sed non ingente draconis
 Interula seui, prostrarint diriter aule
 In medio, cadit ille velut vastissima rupis.
 Surrexere viri interea cum rege potentes
 Rolandus leuinq; vna & fatalis Orillus,
 Mirati talem casum, miramq; Philenæ
 Effigiem, cobibentq; ambos Ammone creatos
 Et socios, placansq; iras, sedansq; furores
 Athletam erexit de ina tellure tyrannus,
 Et coram in medium facit apparere Philenam,
 Induit & cultu regali iam veste virili

Athleta gi-
 gas coram
 rege mani-
 festat Philē-
 nam.

Philenæ co-
 ram rege.

Abiecta,

& principi
bus suas
narrot for-
tunas & ca-
sus.

Quæ tenuis
hæc. i. quæ
hæc tenuis.

Abiecta, posita quæ sic formidine fatur.
Ante omnes, regem, reginam, aliasq; puellas,
O rex magnanime & populorum æquissime rector
Bithyniæ quanquam ærumnas variosq; labores
Quæ tenuis hac patior tenera ex ætate recusem
Commemorare, palam, verum crudelis, & atrox
Me fortuna statim ad talem perduxit, ut vltro
Confitear quamuis nunc casu urgente coacta.
Regis Aristidis certe sum filia sicut
Hic Athleta, inquit, sed nou rapuere potentes
Me heroes isti, certe mentitus iniue
Hoc fuerat casu vel vino aut turgidus ira
Proditione vlla famuli cuiusq; meorum
Quos habeo, scelus inquiram deum protinus istud.
Trinachia regis natus queni nascitis agrum
Vulnere lethali recti validiq; Richarti
Est sceleratus homo qui me has errare per oras
Impulit ob pietatis opus quo sum vsa parentum
Ædibus erga illum captivum patris in arce,
Namq; vti eum à dira fuerat, quæ cede necandus
Eruerim, quanto de periculo absisto referre.
Illum ego per medios nequaquam luce videndum
Humana, loca adusq; hostes, securo, reduxi.
Qui postquam à tanto instanti diroq; periculo
Se reducem videt in ponto cum maue recessit
Ad vicini antrum scopuli quæ nocte sopita.

Dese-

Deseror à dīro sponso mare qui illico sulcat
 Subtactus, prauo cum nauta in remige parua.
 Horum cito deos testēs ipsumq; iacentem
 In lecto ingrati miuuenem si forte superstes
 Extat adhuc, non immerito de vulnere seui
 Rinaldi fratris si morti proximus omne
 Exponet verum, audito rex protinus ergo
 Crimine semianimis Ludorici surgit & vna,
 Bithyniæ procures Ludorici intrantq; cubile
 Præcedente omnes pariter cum rege Philena,
 Qua visa obstupuit Lodoricus mortis in hōta
 Sicq; ait ante omnes, rogitantemq; ante tyrannum.
 Quis te ô bella Philena istis nunc appulit oris?
 Forte venis alio ex sæclo iam mortua nostram
 Ad mortem, tecum meme latura per vmbas?
 An aliquo has fato venisti diua per oras?
 Quicumq; is casus fuerit, non deprecor ingens
 In te egisse scelus, fateor coram omnibus atq;
 Omnipotentē Deo, me deseruisse profundi
 Æquoris Euxini te solam rupe canata.
 Te patris extuleram postquam è penetralibus arcis.
 Sed quia me mors cogit atrox delinquere vitam
 Vrgenti plaga letibata hæc vltima verba
 Sufficiat dixisse, tamen mihi propter honorem,
 Delicti nostri ingrati, propterq; piaculum,
 Hæc fatus vitalem animam diffundit in auras

Admi-

Admirati omnes rex & Rolandus & Urbis
 Qui proceres aderant plus & sermone Richarti
 Et comitum dictis certi, iunxere Philenam.
 Cum Regina, etiamq; suis rutilantibus auro
 Natabus, quae non cessant rogare Philenam.
 Interea mox exequitis edicit agendas

Cadaver Lt
 dorici mat
 titur ad re
 gem patrē
 suum.

Rex Sargdo iuveni, Pheretro impostumq; remittit
 Sargdorum regi genitori milite multo
 Stipatum, iubet atq; isthac ex ordine dici
 Natum sponte suum venisse ad festa parata
 Calcedone vrbē & congressum deniq; franco
 Cum Palatino, iusto occubuisse duello,
 Fortunas reliquasq; suas memorare parenti
 Edicit regi, belle de parte Philena.
 Et nati proprij, confessi haec omnia morte.

Prusides
 rex decer-
 nit Philenā
 tradi Con-
 nubio Ri-
 charo &
 Dorothēā
 suam natā
 ei viro quē
 Rolandus
 elegerit.

Interea rex Bitvynia iam certior atri
 Casus qui acciderat bella tristiq; Philena
 Utq; etiam Assyrie princeps Norandus amarit,
 Connubioq; optarit eam, nunc atq; Richarto
 Iam fore promissam mox ad consulta vocatis
 Nobilibus regni, necnon Milione creato
 Alde & fratre, satis geminisq; Amone, Philena
 Et socijs, dare connubio determinat illam
 Rinaldi fratri, adiunctis Ambobus eodem
 Consensu, Dorothēam etiam determinat vna
 Tradere ei regi quem fors Milionius heros

Elige-

Eligeret, siquidem dextra defenderat illam
 Horrendo à monstro, quare Rolandus amanti
 Vxorem Ausonio Dorotheam tradidit ultro,
 Ausonio iam forte suo de vulnere sano.
 At quia nequaquam foret æquum nubere citra
 Patris Aristidis consensum rite Philenam.
 Sydoniam mitti mandant Peryneon ad urbem
 Qui referat regi natam iamq; esse Philenam
 Inuentam casu, per mille pericula terra,
 Et maris, & tandem deberi iure marito,
 Quem genere, atq; armis, necnon virtute, potentem:
 Fortuna aptarat, Sobrino nempe tyranni
 Gallorum Carli, tali Peryneus ad urbem
 Sydoniam accessit legato letus, at ipsum
 Vidit Aristidem nuper iam febre peremptum
 Visceribus pulsus, multis & aromatis vinctum.
 Tum regni proceres, & regius vrbe senatus,
 Suscipiunt Peryneum, etiam comitesq; Bithynos,
 Auditaq; Philena, hylares vno ore salutant
 Et iurant reginam, vna regemq; Richartum
 Absentes, mittuntq; viros ex vrbe potentes
 Cum Peryneo octo Calcedonem tenus urbem
 Quos dare Sydonia sceptrum mora nulla, liceret
 Ex regni procerum consensu, iure Philenæ,
 Atq; marito etiam, responderentq; tyranno
 Bithynia interea, Peryneus nuncius octo.

Mittitur le-
 gatus à re-
 ge Prusiade
 ad Phœni-
 ciam vt eli-
 gant regi-
 nam Phile-
 nam & re-
 gē Richar-
 tum.

Y

Cum

Cum procerum cætu stipatus pace rediuit
Prusiadem ad regem, interitum cui narrat amici

Richartus
& Philea
eliguntur à
senatu Phœ-
niciz sydo-
nia.

Regis Aristidis, decretum vnaq; senatus.

At proceres terra strati regi oscula libant,

Ante illum monstrantq; sui decreta senatus,

Et iurant reges ambos, coram omnibus aula.

Nempe Philenam, vnaq; Richartum, Balthea cinctos

Coningij, celebrantq; hymenæos deinde superbos,

Ausonio, bellam Dorotheam, acriq; Richarto

Sydonia dominam duc e itibus, omnibus orbis

Interea ex oris concurritur vndiq; tantos

Ad thalamos, tali rumore at tristis Erietho

Virgana audito formam simulata virilem

Ocyus accessit, geminosq; Ammonæ creatos

Novit ibi, sociosq; immanis corporis ambos.

Quadrijugo quare currum simulatq; repertis

Tris dumtaxat equis, turbare & perdere tantos

Regales thalamos compositaq; festa procurat.

Alfina cum germana comitata per auras.

Forte incantatum cornu gestabat Erietho

Virgana à longo quod habebat tempore secum

Hoc maga quando furens resonabat cuncta fugabat

Agmina viuentum poterant qui audire sonantem,

Quos abigebat atrox ad quæ loca cuncta valebat.

Hoc ergo cornu interrumpere tentat Erietho

Festa parata vrbis, compellat sed prius acrem

Virgana ma-
ga cum sua
lorore Alfina
na accedit
ad nuptiarum
festa que
fiebat Chal-
cedone &
suos equos
alatos ag-
nosceas ar-
ripit.

Serpen-

Serpentinum, agris profugus qui forte Libiffæ
 Errabat valido cum Tracce Alcente sodali,
 Talibus atq; infit, Serpentine acer & audax
 Conspicimus te nunc certe, miramur & vna
 Viuere degenerem, quem nuper vidimus acrem
 Audacemq; nimis, syluis à Thracibus atq;
 Bithynia profugum, permittasq; ipse procaces
 Hæc Palatinos armis pollere per oras
 Dum bella ad libitum Dorothea impune potitur
 Rolandus, geminiq; Ammonis deniq; nati
 Regis Aristidis nata atq; hærede potente
 Phœnicum, te despecto super omnibus acri
 Anteq; ponendo, si sic permittis vt hostes
 Præualeant, tibi quesita & potiantur amica
 A consanguineis atq; irridebere notis,
 Talibus obriguir dictis nec ferre valebat
 Rolando attribui Dorotheam athleta superbus
 Et terram ore suo mordet maledicit & astris
 Dissq; suis, saltem Veneri cui thura Sabæa
 Atq; aurum libarat amans propter Dorotheam.
 Tunc hæc Vrzana coram furibundus & atrox
 Iactat acerba fremens, vcinam tria Cerberus horrens
 Panderet ora ruens in me cum nocte creatis
 Anguiferis, vcinamq; Sathan tam dicitur atrox.
 Et tam terribilis qui Christi gentibus essent
 Præsentis, & possibili sibi robore, contra

Vrzana ir-
 ritat Se-
 pé
 tinum co-
 tra regem
 Bi-
 thyniæ &
 Palatinos.

Arrogans
 insolentia
 Serpentine.

Me ruerent, nec eos certe contrāire timerem
 Ingredierq; ipsis in Tartara pro Dorothea
 Quanto plus Milione satum, reliquosq; quirites
 Irruere aduersus nec non audebo tyrannum,
 Bithynosq; simul, medios quos inter amicam
 Eripiam nostram, quamuis patre rege maligno
 Inuito se coram etiam cernente pudorem
 Imbellis nata violari ita fatus amicum
 Alcentem arcescit, iussit sibi fortiaq; arma
 Aptari, certe tripliciter thoraca draconis
 Conflatum corio, atq; etiam femoralia abena,
 Loricamq; super, totum quæ circuit orbe
 Immensum corpus, capiti serpentis acerbi
 Squamosum caput implicitis cum dentibus horrens
 Pro galea imponit, quem luco occiderat illo
 Alcens, atq; etiam fulgentia vestijt arma,
 Quadrupedes domitantq; feros, quibus astra videntur
 Irritare atro aspectu, atq; ingentibus hastis,
 Vtraq; quos sequitur soror assimilata figuras
 Sicut & ante, virum, ast urbem vt venere gigantes,
 In media platea circumsepta aggere celfo
 Roboris, à longè viderunt arma moueri
 Et quoq; equos, medijs ardent in millibus hastis
 Infractis, Ammone satum Milionius heros,
 Nec non Morganor, Philomeneusq; gigantes
 Disturbant equites hac atq; illac parte ruentes.

At Serpentinus feruens, Alcensq; sodalis
 Accelerant, coguntq; hastis sibi cedere omni
 Parte viros, hastis violentis aggere rupto.
 At Serpentinus Rolandum prouocat alta
 Voce, ô autor, ait, scelerum lenoq; nefande
 Intacta nuper Dorotheæ rege parente
 Assensore huius sceleris cum coniuge praua.
 Talia iactantem non sustinuere phalanges
 Regales, quin aduersus mucrone gigantes
 Assiduo inuadunt, primus arcuq; sagittas
 Expedi Aldricus traxitq; è crure cruorem
 Serpentine, vna timidus se abscondit, & inter
 Palantes turbas, sed nil hoc profuit illi.
 Serpentinus enim aspectu non perdidit hostem,
 Quin gladium hinc atq; inde vibrans, fundensq; cruorem
 Sicut oues inter Leo, venit adusq; latentem
 Aldricum, scapulisq; tenuis scidit ocyus ora
 Tunc glomerari hostes circum, clamore leuato
 Cepere, horrendos hostes & spicula crebro
 Expediunt, Vrgana timens tunc ipsa giganti
 Et socio, magica resonat subitanea cornu
 Intempestino sonitu dant terga gigantes,
 Palantesq; simul turbæ, rex, curiaq; omnis,
 Atq; Palatini, sponsi, sponsæq; duorum,
 Parte vna, ad montes rex & regina, puella
 Cum genero & natæ, ast alia pro parte Philena

Vrgana cū
 cerou incā
 tato quod
 gerebat
 perturbat
 festa & dif-
 fugat om-
 nem curiā.

Genesis.

Et coniux forte appulerant impulsus vterq;
 In Salemm urbem Sichem vbi filius Emor
 Natam Israelis Dinnam violauit amore
 Percitus & rapiens secum violenter, in aula
 Obtinuit furtim iam virginitate potitus
 Atq; vbi germani Leui & Simeonius ira
 Stupri obruncarant Sichenem ante ora parentis
 Atq; parentem Emor cunctis cum ciuibus eius
 Viribus adiuti fratrum comitumq; suorum
 Dein Lyciamq; etiam Berenice vbi filiabella
 Herodis, Stuprum simularet fratris Agrippæ
 Nupta Palemoni, texit sua crimina, regi
 Filius hac ergo Ammonis coniuxq; Philena,
 Appulerant vnde exiguis venere diebus
 In vicinam urbem Sydonem, vbi plurima festa
 Aduentu ipsorum fiunt, regesq; creantur
 Denuo queis nequaquam vrbes parere recusant
 Phœnicum, incolumi latantur principe ciues
 Interea Anglanti dominus, Rinaldus, Oliuer.
 Et Philomenæus, tristes, pariterq; coacti
 Parte alia effugiunt, alia atq; immanis Athleta
 Morganor, verum valde furibunda virago
 Vrgana, heroas Francos dum præpete cornu
 Prosequitur, vellet magicis includere tectis
 In Libya, sed vbiq; sonans mirabile cornu
 Nunc hac nuac illac abigit, cogitq; sed antrum

Digressio
 ad Rinaldū
 & Rolandū
 & reliquos
 fugientes.

Appulerant tandem Arctur ubi rex portitor undas
 Astat ad infernas qui vna cum heroibus illis
 Auditocornu deserta diffugit amens
 Naue, sub obscura spelunca, Alina profecto
 Diragubernatrix tenebrarum protinus harum
 Cum germana illos fert raptim & mergere tentat
 In fluvium tetrum nisi Logistea sorores
 Ocyus egrediens cobiberet, & vndiq; cornu
 Infandos cantus, maioris verba vigoris
 Increpitando sonans, sic namq; sororibus inquit.
 Iam satis o diræ germanæ nocte creatis
 Peiores, turbasse viros thalamosq; paratos
 Euertisse, etiamq; & disiunxisse sodales.
 Nec me vestra latet fraus in vos dirareperta,
 Quare desinite vltierius sectarier equos
 Hos magico sistro heroes, in vestra sedite
 Teecta, ad inassuetas artes, vetitosq; hymeneos.
 Hæc effata, illas abigit, mala fata precantes
 Germanæ, mox quadriiugo super aëre curru
 Advolitant, Libyes ad littora, sunt vbi nequam
 Deliciæ, quibus ignaras tenuere puellas,
 Hæc eadem rixatus eis Atalantus in æde
 Logistæ. ipsos heroas suscipit, vna
 Et dapibus pascit, dein Arctura mittit ad amnem
 Sub terra vndis animum, magicis placatq; fugatis.
 Astat vbi de fessos lectis insignibus omnes

Vergana cū
 cornu incā
 tato Palati
 nos cogit
 intrare ipe
 lancā magi
 cā vbi erat
 Aitur.

Magicas fo
 tores Logi
 sta abigit.

Pace quietarat, verbis compellat amicis
 O proceres Carli, toto super aethere noti
 Rebus adhuc gestis vobis, reprehendere vellem
 Vos equidem, quoniam vestrum discrimine tanto
 Liquistis regem, qui iam cum plebe ruisset
 Omnino, nisi diuina cito mente ruinae
 Fortis adesset ei citius Bernardus Iberus.
 Hic etenim aspirante Deo, cum rege Batauium
 Zerbino accessit numeroso milite septam
 Leucoteam, & virtute hostes ingente fugarat
 Usq; Arelatem urbem, quos postquam clausit ibidem,
 Afrorum multis heroibus undiq; caesis.
 In campo, quos inter erat sibi mortuus acer
 Rex Sarchæ Rhotamons multorum cæde cruentus,
 Victore à Carlo magno discedit ad aras
 Desertas in eremum, alma si viuere vitam
 Religione queat, domino se nouit Olympi.
 Ille ubi iam didicit defunctum carcere patrem
 Alfonsi regis iussu, proficiscitur ergo
 Dum sic Bernardus, Galaon en proditor hasta
 Aurata (quam inter medijs ex hostibus astu
 Diripuit bello intenta ex Bradagmante, feroci)
 Rugierum ex improviso interfecit ad arcem
 Tristiani, vnde Afri heroes custode perempto
 Exiure suis cum armis, Agranius heros
 Nempe & Gridassus, Feragutus, Stordilianus

Atalantus
 reprehēdit
 Palatinos
 Rolandum
 & Rinaldū.

Narrat
 Atlas quo
 pacto Ga-
 laon inter-
 fecerit Ru-
 gierū dolo
 & Afri ite-
 rum irruc-
 rit in Gal-
 los.

Necnon

Necnon Scardassus, pariter qui rursus in hostes
 Inuadunt Celtas, deuaſtant oppida, & vrbes
 Circumvicinas, queis iam ſtipatus Agramans
 Cum comitatu omni inſtaurat fera prælia contra
 Magnanimum Carlum, Galaon quem proditor ingens
 Fraude quietarat dicens fugiſſe tyrannum
 Agramanta ſuo cum milite Tyngetanum.
 Nunc ergo Agramans iterum circūdedit vrbe
 Leucotea Carlum, non paucis millibus eius
 Occiſis, cui præſidium nullum eſſe videtur
 Rugiero, Batano & Zerbino Marte peremptis,
 At Bernardo acri abſenti, queis ſpes erat omnis.
 Nam Britomarta etiamq; Tyrannum (quos ibi ſæcra
 Leucotea Rolande abiens liquiſſe memento)
 Hinc primo egreſſus ſpeluncæ ex limine noſtræ
 Inuenies cum Floriſſa, iam pluribus oris
 Te veſtigantes peragratis, nunc tamen iſtam
 Ad ſyluam caſu accedunt, aptantq; tueri
 Leucoteam, tanto oppoſtam cum rege periclo.
 Quare agite accelerate viri ſuccurrere Carlo,
 Et ſocijs, Floriſſa autem pulcherrima virgo
 Cum Logiſtea remorabitur ocia ſumens
 In nitidis aulis que ſplendent arbore denſa
 Ad flumen dextrum, cui nemo accedere quibit.
 Quam cuſtoditam dein conſpicietis & vna
 Accipietis in hoc luco, tu triſtor eſſe

Pace quietarat, verbis compellat amicus

O proceres Carli, toto super aethere noti

Atalantus
reprehēdit
Palatinos
Rolandum
& Rinaldū.

Rebus adhuc gestis vobis, reprehendere vellem
Vos equidem, quoniam vestrum discrimine tanto

Liquistis regem, qui iam cum plebe ruisset

Omnino, nisi diuina cito mente ruinae

Fortis adesset ei citius Bernardus Iberus.

Hic etenim aspirante Deo, cum rege Batavianum

Zerbino accessit numeroso milite septam

Leucoteam, & virtute hostes ingente fugarat

Vsq; Arelatem urbem, quos postquam clausit ibidem,

Afrorum multis heroibus vndiq; caesis.

In campo, quos inter erat sibi mortuus acer

Rex Sarchæ Rhotamons multorum cade cruentus,

Victore à Carlo magno discedit ad aras

Desertas in eremum, alma si viuere vitam

Religione queat, domino se nouit Olympi.

Ille ubi iam didicit defunctum carcere patrem

Alfonsi regis iussu, proficiscitur ergo

Narrat
Atlas quo
pacto Ga-
laon inter-
fecerit Ru-
gierū dolo
& Afri ite-
rum irruer-
unt in Gal-
los.

Dum sic Bernardus, Galaon en proditor hasta

Aurata (quam inter medijs ex hostibus astu

Diripuit bello intenta ex Bradagmante, feroci)

Rugierum ex improviso interfecit ad arcem

Tristani, vnde Afri heroes custode perempto

Exiuerunt suis cum armis, Agranius heros

Nempe & Gridassus, Feragutus, Storailianus

Necnon

Necnon Scardassus, pariter qui rursus in hostes
 Inuadunt Celtas, deuastant oppida, & vrbes
 Circumvicinas, queis iam stipatus Agramans
 Cum comitatu omni instaurat fera prelia contra
 Magnanimum Carlum, Galaon quem proditor ingens
 Fraude quietarat dicens fugisse tyrannum
 Agramanta suo cum milite Lyngetanum.
 Nunc ergo Agramans iterum circundedit vrbe
 Leucotea Carlum, non paucis millibus eius
 Occisis, cui presidium nullum esse videtur
 Rugiero, Batauo & Zerbino Marte peremptis,
 At Bernardo acri absenti, queis spes erat omnis.
 Nam Britomarta etiamq; Tyrannum (quos ibi sacra
 Leucotea Rolande abiens liquisse memento)
 Hinc primo egressus speluncæ ex limine nostræ
 Inuenies cum Florissa, iam pluribus oris
 Te vestigantes peragratis, nunc tamen istam
 Ad syluam casu accedunt, aptantq; tueri
 Leucoteam, tanto oppostam cum rege periclo.
 Quare agite accelerate viri succurrere Carlo,
 Et focijs, Florissa autem pulcherrima virgo
 Cum Logistea remorabitur ocia sumens
 In nitidis aulis que splendent arbore densa
 Ad flumen dextrum, cui nemo accedere quibit.
 Quam custoditam dein conspicietis & vna
 Accipietis in hoc luco, tu tristior esse

Desine Rinalde ob fratrem cum coniuge bella
 Nempe manet Phœnicum oris, rex vnde creatus
 Post paucas veniet huc fortunatus aristas
 Leucotea, & tecum remorabitur, inquit, & almam
 Accedit Logisteam, stipata puellis

Atalantus
 & Logistea
 ducunt Ro-
 landum &
 Rinaldum
 & sodales
 in syluam
 ubi
 fortiter pu-
 gnabant
 Britomars
 & Tyrantus
 contra Ser-
 pentinū &
 Alcentem.

Quae multis, se Atalanto, vnaq; heroibus addit.
 Et luco egressi, audito venere tumultu
 Ad syluam qua interfecto Florissa Tyranto
 Auditur lachrymans, fuluosq; soluta capillos
 Apparet media in sylua, si flectere posset
 Pugnantes geminos contra Britomarti gigantes,
 Hic meminisse decet, sunt Serpentinus, & Alcens,
 Qui cornu magico impulsī hac fortasse furentes
 Appulerant equites, Britomars ibi stabat & vna
 Florissa, atq; Tyrantus eis comes, equus in armis,
 Huc qui defessi varijs ex partibus orbis
 Appulerant, casu charum Milione creatum
 Ne quicquam vestigantes, sed vidit ut illos
 Serpentinus atrox, bellam pariterq; puellam,
 Aetutum oblita Dorothea ardescit amore
 Florisse, & mora nulla ipsam conatur amicis
 Eripere ex geminis sine pugna fortis & audax,
 Cui non acciderat, secum velut ille putabat,
 Nam Britomars, sociusq; ferox mox ensibus ambo
 Sublatis adeo valide feriere gigantes
 Alcens semianimis rueret Britomartis ab ictu

Supra armos velocis equi fluitante crnore
 Per galeæ rimas, nec tutus ab hoste Tyranto
 Serpentinus erat tanti si robore magno
 Ictus, amisit visum, fermeq; ruisset
 Nequaquam scissa galea serpentis acerbi,
 Tunc Serpentinus eam rediuius in iram
 Educto gladio, (namq; hastam fregerat inter
 Agmina Prusiadis regis) sic vertice summo
 Percussit capitis geminantem damna Tyrantum
 Diuiso vt cudone tenus descenderit ictus
 Dimidium pectus, viso Florissa Tyranti
 Vulnere terribili, charo metuens Britomarti,
 Constitit in medio, cuius decor & quoq; gratus
 Sermo giganta ictu potuit cohibere furentem,
 Ne tanto rueret contra Britomarta tumultu,
 Quod Serpentino male, non nisi propter amorem
 Acciderat, uenpe interea accessere potentes
 Ambo Palatini & socij, atq; Atalantus amica
 Et Logistea, audita qui voce puella
 Florissa, occurrere simul plus omnibus ante
 Rolandus cupiens afflicto occurrere amico
 Et non incassum, nam iam voluebat in illum
 Ensem Serpentinus atrox, Alcente sodali
 Ob vulnus adhuc stupido, clypeum ast obiecerat heros
 Rolandus, quem adeo potuit fortissimus ictus
 Percutere Athletæ, vt partem quam contigit omnem

Florissa in
 medio cer-
 tamini in-
 tercedens
 vulnere alli-
 cius Serpē-
 tinum fuit
 causa suæ
 cædis.

Versus His-
 permiæ.

Æqua-

*Æquarit terræ, stupidamq; reliquerit hostis
 Leuam, quæ ni fatalis foret ocyus vna
 Abscissa excideret, tanto Rolandus ab ictu
 Versus in ingentes iras, vibrat illicet enssem
 In Serpentinum, galea super & ferit illum.
 Maxima sed nequijt percussio scindere durum
 Serpentis corium internum, mox redditus hostis
 Attonitus neruis contractis fortiter enssem
 Comprimit hac illac vibrans temerarius, eius
 Alcentis socij, iam iam surgentis in hostem
 Menodante satum, maclauit quadrupedantem,
 Funditus absciso collo, terræ hæserat ensis
 Flammi ferus scapulo tenus, illicoq; acer Athleta
 Occidit, haud ideo gladium dimisit, ocellos.
 Quin reſerans ferrum de terra euellere tentat,
 Se releuat q; simul, coram sed non videt acrem
 Aglanti dominum, qui alio iam feruidus ictu
 Irruit heroasq; armis cessare sodales
 Edicit, victorq; gigantis demiq; frontem
 Discoopertum anguis corio diuisit adusq;
 Horrentem barbam, Britomars tunc protinus ardens
 Cum socijs, & Rinaldus cepere pedestrem
 Alcentem miseri flentem pro morte sodalis,
 Exuerantq; armis, plagis medicantur & eius
 Nigranti vino, obtusiq; liquamine parui
 Puligoni, dum Rolandus de vertice caſi*

Serpentinus
 ab ingenti
 ictu Rolan-
 di stupefa-
 ctus occidit
 sui sodalis
 Alcentis
 equum.

Serpentine aufert galeam coriumq; draconis
 Et nitida arma, quibus letos sic fatur amicos
 Nunc tanto maturemus caso hoste, Tyranti
 Corporeq; ingenti tumulto, occurrere Carlo
 Hostibus oppresso, ne sit mora, dixit & una
 Corpora mandat humo, sacras undasq; rebellem
 Accipere Alcentem mox occidere, cadaver
 Projiciuntq; horrens vicini in fluminis undas
 Ex magico hospitij memores atq; hospite cedunt
 Et Logistæa reliquis pariterq; puellis
 Credita queis fuerat plorans ita abire maritum
 Nescia successus belli, Florissa decora.
 Cui vellet comes ire animo, renuit tamen ille
 Conanti quin, inquit ei, tibi visere bellum
 Displiceat, iuuet at potius requiescere in aulis
 Cum paribus versans genere atq; etate puellis
 Dum nos pro patria, pro religione fidei
 Pergimus in bellum. hæc fatus dedit oscula charæ
 Florissæ, quam propter abit tristissimus hostes
 Aduersum cum Rolando atq; Amnone creato
 Et Philomenæo, domino pariterq; Viennæ.
 Logistæa statim, necnon magus ille Carenis
 Florissam lachrymantem ima tellure leuantes
 Solantur sermone pio ducuntq; per alta
 Atria adusq; locum fluuiorum & anæna vieta:
 Sperat vbi charum ne quicquam sepe maritum.

LYRAE HEROYCAE

LIBER VNDECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI XI.

ROlandus, Rinal. Oliue. Philome. Britomars proficiscuntur Parrhisios, Carlo quasi profligato opitulandum obuiam exeunt Danesio, Dudoni, Astolfo, Griffonti, Vgoni. Tandem omnes in vno agmine contra hostes accelerat, prospiciunt Afrorum turbas trahentium Bradaginantem, & Riciardetum, aliosque quirites, quos, pluribus Afrorum interfectis, eripiunt, vique armorum Parrhisios intrant, recipiuntur à Carlo, & ciuibus pristina arctissima necessitudine & iucunditate resonantibus classicis, vocat ad arma, vno agmine irruunt in Afros, quorum maxima fit strages, Rolandus interficit Philadorem, & Gridassum, à quo suum recuperat equum, Rinaldus interficit Sacripantem. Interea rex Prusias, & suae filiae, & gener, sibi inuicem ex dispersione reperti, intrant Calcedonem, immolant victimas ad aras pro sui & sodalium incolumitate. Interea Richartus, & Philena, & Orillus, qui se obiter repererant, proficiscuntur Sydoniam, vbi

vbi Richartus, & Philena reges creantur, paruo dein temporis interuallo, commeatu à regina accepto, Richartus, & Orillus eût queſitum Rinaldum, & Rolandum, Getarum propinquantoris, obuiam in luco fiunt Aſtarcho, & eius ſpõſæ Danaidi filiæ regis Getarum in luco, cū multis ſatellitibus venantibus, ſuper cerui præda excitatur contentio, & rixa, iuter Richartum & Orillū ex vna parte, & Aſtarcho & ſuis ex alia. Tandem interuentu Danaidis fœdus initur inter eos, Richartusque & Orillus in gratiã Aſtarchi, & eius ſponſæ conciliatis, nonnullos dies captant cum eis ocia, à quibus commeatum accipientes vltorius progrediuntur.

A L L E G O R I A.

PEr Roládum, & Rinaldum, & reliquos, qui ob ſiſtri magici horrendum ſonitum cõpulſi ſeſe obiter in opem Carli Parrhiſijs appulerãt, intellige nõnunquam Dei nutu ſuos fideles pati ærumnas, & pericula, exilia, & clades, nimirũ ſic ad eò vexati afflicti que relictis voluptatibus, & vicijs in Dei contemplationem reuocentur, & denuo ad virtutis opera, quorum oblitũ erãt, excitentur. Cæterũ per regem Pruſiadem, & filias,

filiis, & generum, qui se ad cultum diuinum, &
 religionem, post tot iacturas, contulerant, intel-
 lige, necessarias nobis esse afflictiones, &
 hostium insidias, vt discamus Deum
 timere, & eius præceptis
 obedire.

LYRAE HEROYCAE

LIBER VNDECIMVS.

Ergo Palatini proceres, herosq; Pelasgus
 accelerant ausis armisq; potentibus urbem
 Leucoteam intrare, infida atq; ex gente tueri,
 Aulencumq; & iam retinent, urbemq; Suejum
 Necnon & Rhemium, & Sequanam transire parabant.
 Tranquilla nocte in media obscurantibus vmbri
 I raxineis lunæ radios, & vbiq; frequente
 Robore, iam tandem transacto flumine lato,
 Campos ingrediuntur, vbi tentoria cernunt
 Afrorum, hac etiam Agramas, hac tendit & acer
 Scardassus, tenditq; illac Feragutus Iberus,
 Hac tendit rex Sobrinus, Gridassus & illac;
 Stordilianus item, Illyria cum rege superbo,
 Atq; alij heroes Libyes regesq; feroces.
 Huc vbi dum Celtæ venerunt, nempe quirites

Armif.

Armisq; & gladijs, & equis superantibus aulas,
 Castrorum atq; vna partem tenuere sinistram
 Excubijs nullis, nullo custode reperto.
 Eminus arma virum fulgentia noctis in vmbrijs
 Prospiciunt, qui etiam sensim per opaca silentis
 Noctis adhererebant, castris Vincentibus Afris.
 Forte Palatini heroes hi quattuor, vna
 Tres & erant comites Dudon, pater eius & Octon
 Astolphus, fortis Gryffon, fiducia in armis
 Queis erat exigua interfecto milite multo,
 Et iam semirutis muris, Carlo arce relicto
 Obsidione sua, quare se credere bello
 Ne quaquam auderent, contra tot millia gentis
 Afrorum, irruere haud dubitant hostilia castra
 Vnanimes, atq; inuento Agramante, suisq;
 Principibus validis, morti se tradere iuste
 Propatria, pro lege, ideo hac pro parte ruebant.
 Eminus his subito visis, Albanus heros,
 Et Milione satius, & frater coniugis Aldæ,
 Et Philomenæus, cum Menodante creato,
 Accelerauerunt complexis fortiter hastis
 Irruere aduersus venientes, nec minus vna
 Aduersiq; ruunt equites, Milionius autem
 Esse Palatinos nouit mira arte mouendi
 Corpora in hastarum congressibus, atq; ita fortes
 Ad socios, ni fallor, ait, hi nostra propago

Z

Sunt

Sunt Carli proceres, nosco illos turbine pugnae.
 Hoc praesaga mihi mens indicat, illico quare
 Hastas sternite humi, atq; animos placate feroces.
 Dixerat atq; hastis versis in viscera terrae
 Sic Rolandus eos fatur, nunc noscite vestros
 Cognatos, veteres & amicos noscite vestros.
 Pace Palatini, sumus en Albanus heros
 Et Milione satus, Burgundus Marchio, necnon
 Menodantiades, fortis Philomenaensq;
 Vobis notus adhuc qui mœnia vestra tueri
 Venimus, at deserta vrbe & quoq; rege quid istis
 In castris inimicorum nunc nocte vagatis
 Errabundi, estis victi, an fortasse tyranno
 Cum Libyco victore, vllum modo fœdus in armis
 Queritis, aut vel vos captiuos subdere fœde
 Vultis ei? nota subito tum voce fidelis
 Rolandi, prae letitia nequiere quirites
 Respondere adeò citius, sic donec ad illos
 Oggier alloquitur, fors inter somnia noctis
 Deliro, ô socj? an verum est quod cerno potentes
 Ambo Palatinos secus vrbis mœnia nostrae
 Semirutae? qui si estis vti nunc ore loquentem
 Rolandum audiuissetis, nos brachia circum
 Quid dubitatis adhuc extendere? aunculus adsum
 Oggier en Rinalde tuus, meus vnicus acer
 Filius en Dudon, Astolphus vester, & albus

En Gryffon, suus hic genitor si marchio praesens
 Forſan adeſt, ait, atq; amplexu ingentis amoris
 Seſe conciliant, ſic dein Danuſus & inſit.
 Magnanimi heroes, nulla eſt occaſio fandi
 Taxandiq; moras, magna eſt ſed rumpere in hoſtes
 Leucotea vrbs etenim ſi millibus vndiq; multis
 Irruitur, poſſeſſa manet pars maxima cuius
 Hoſtibus, arce ſua, Carloq; ſuiſq; reductis
 Virginibus multis cum Alda plangentibus ingens
 Excidium, quare nunc nunc opus omnibus auſis
 Viribus atq; vti, virtus ſua cogit in arma
 Vltima nunc fortes, ergo Agramantis acerbi
 Ire Scyoma decet, ferroq; inuadere, primo
 Mane ſuos vigiles, recto vos tramite ducam.
 Dixerat, at conſultum iſtud non rite probarat
 Rolandus, verum ingredier iubet ocyus vrbe
 Leucoteam, Carloq; vna ſuccurrere magno,
 Deiectoſq; omnino animos renouare ruentis
 Urbis, ſectantur veſtigia concita fantis
 Actutum heroes omnes, oriente ſed alto
 Lucifero, e conſpectu agmen videre virorum
 Effulgentum armis ex vrbe exire tumultu
 Ingenti, cum faemineis implentibus auras
 Queſtibus, hac autem properant dum rumpere iuncti
 Heroes fidi, medijs ex hoſtibus Vgon
 Ecce Palatinus fugiens, qui brachia vincetus.

Effractis nondum vinculis sulcabat, arenam
 Hic procul ut vidit se contra tendere turbas
 Heroas Francos, Libycam ratus esse cateruam,
 Declinauit iter spineta frequentia versus
 Se celare parans, ad eum sed protinus omnes
 Accelerant, procul agnoscunt atq; esse fidelem
 Captiuum, primusq; illum sic fatur Oliuer,
 Quisquis es huc posito vir nunc accede timore
 Tu veluti, Christiani etenim sumus atq; fideles
 Tanto igitur nobis manifesta instante periclo
 Quis sis, qui strepitus gentis sit tantus in horis
 His matutinis, qui ve hic est fletus & horror.
 Queis Vgonita promptus ait, sum nobilis Vgon
 Ille Palatinus, vestras si venit ad aures
 Omni qui tota pugnando nocte fugatis
 Iam cuneis Carli fueram deprensus ab hoste
 Innumero, positusq; vna captiuus in antro
 Sub tellure vndis manante, his atq; catenis
 Deuinctus, verum hac custodes nocte sopiti
 Forte forent, praelatitia vincente tyranno
 Agramante suo partim haec effringere vincula
 Atq; exire antro, potui mediosq; per hostes
 Rumpere subtacitus, de tanta at noscite turba,
 Captiuam duci Bradagmanta, aliasq; puellas
 Illustres, multosq; viros, multosq; quirites
 Hoc vnum vos oro viri quicumq; per istas

Erratis sylvas noctu, me soluite tanta
 Mole catenarum, quibus alligor vtraq; retro
 Brachia, nondum Vgon loquitur cum fletibus ortis
 Subtacitis (nec ei sese voluere quirites
 Pandere, nec plures horas producere fando)
 Protinus vnanimes frangunt sua vincla dolore
 Vgoni noto, quem armant simul atq; sodalem
 Inscium adhuc sibi conciliant, solantur & vna.
 Haud mora tunc primi praeuertes agmine forti
 Rinaldus, Milione sat usq; ingentibus ausis.
 Hostiles turmas rumpunt, & caede fatigant.
 Se coram inuentos omnes & vbiq; trucidant,
 Hoc ctiam comites faciunt, queis ceditur omni
 Agmine Marmaridum, donec Bradagmanta, puellas
 Inuenere alias inter, post terga reuinctam
 Brachia, deposita galea namq; ora comasq;
 Assimiles auro spectant, penes atq; sororem,
 Impubem Ricardetum, Obboliumq; ligatos
 Crura manusq; ambas, fixos sua lumina celo,
 Tum visanequiens lachrymas cobibere sorore
 Rinaldus, caesis circum mille hostibus illam
 Liberat, & fratrem socij reliquosq; quirites.
 Quos cito Marmarides fugiunt, procul vndiq; tanquam
 Prospectum pulli miluum, pecudesve Leonem.
 Obstupidi vsq; adeo fuerit conuersa repente
 Fortuna, extemplo rumor dispergitur Afris

Rolandus,
Rinaldus &
ceteri pala-
tini acce-
dunt Parthi-
fios urbem
temeritatem
& hostibus
circumda-
tam.

*In castris, venit vna etiam Agramantis ad aures,
Qui iam victor vti(rupta inter mœnia septus
Dum Carlus supplex sanctas orabat ad aras)
Edicit celsam euerti iam funditus arcem.
Et gladio occidi iuuenes, puerosq; senesq;
Captinas ferri & natas cum matribus vna,
Quem iuxta Feragutus erat, fortisq; Gridassus,
Scardassusq; etiam, nec non & Lucas fer atrox,
Et seuus Sacripans, nec non rex atq; Lybanor,
Natus & Agrani, & Grandonius acer & audax
Falsironq; ferox, alij validiq; gigantes,
Qui iam spernebant, saturati sanguine, vulgus
Irruere in reliquum, quod multa cæde trucidant
Innumeri Libyci, tantumq; euertere tentant
Arcem vbi Carlus adest, paucis munitus ab armis.
His ea cura manet, subito dum nuncius aures
Percutit ipsorum, tantas tentoria iuxta
Committi strages, tunc obsidione relicta
Concurrunt omnes, velut inter ouilia præde
Quando lupi intenti, catulos sensere vlulantes,
Dilacerante illos Bubulco, occurrere feroces
In speluncam, Afri haud aliter qua parte tumultus
Insonat armorum accelerant, sed forte quirites
Gallorum primi, multis iam cædibus actis
Leucoteam accelerant alia pro parte, patentem
Efficiuntq; viam gladijs, si nullus in ipsos*

Aduer-

*Aduersus ruere audet homo qui ibi mane videtur,
 Cum primum effulsit roseis aurora quadrigis,
 Ecce Palatinis Afri intra mœnia capta
 Ingressum impediunt, sed eos decepit inane
 Consilium, nam primores duce cum Benamaro
 Vestibulum ante ipsum lacerant, mediosq; per hostes
 Irrumpunt, referantq; viam qua regis ad arcem
 Itur, & ante fores resonans sistrum, ore, canoro
 Se manifestat eis Rolandus, vt audijt autem
 Carlus & vrbs omnis nouerunt esse potentem
 Rolandum, quem mox Carlus prospexit ab alta
 Arce sua, simul & Rinaldum, aliosq; quirites,
 Quis aperire fores arcis iubet, atq; ita fatur.
 Quæ mora tanta mei proceres, quæ causa sinendi
 Tot mala, tot strages iunctorum sanguine vobis
 Et quoq; amicorum? nonne hæc destructio vestris
 Maior erit domibus, vestris ditionibus, hoste
 Iam quasi direptis? verum impugnando morari
 Haud licet vltcrius, quin tanto instante periclo
 Reliquijs vrbs succurrite, primus in arma
 En ego sponte ruam vobiscum, dixit & hastam
 Cuspide eratæ arripiens descendit, vt ales
 Iuppitris, atq; suos foribus suscepit apertis.
 In collum inq; humeros extendens brachia cunctos
 Exhilarat vultu, verbis animatq; superbis,
 Tum super arce sonat præco, mox rursus in vrnum*

Conueniant ciues dispersi regis ad arcem
 Maturè reuocatq; illos, tuba maxima cantu,
 Tum subito impleri calles arcisq; plateam
 Milite Christiano, visis qui heroibus vna
 Rolando, atq; Ammone sato, dominoq; Viena
 Et nato, & Bradagmante, acri Dudone parente
 Astolpho, atq; Vgone, ausis animisq; redundant,
 Præcipuè, quam illi fecerunt, strage cruenta
 Conspecta, quos inter adest tristissimus ore
 Letitiam simulans Galaon tam proditor atrox,
 Amplecti & conatur eos sermone benigno
 Quo presente, ira ardescens cum fratre Bradagmas
 Vix potuit seipsam cohibere, occasio tandem
 Tanta, locum haud dederat cunctanti insurgere in hoste
 Propterea vindictam alijs vix distulit horis
 Corde dolens tacito, bellæ memorare sed Aldæ
 Coniugis & chari amplexus, dulcesq; loquelas,
 Pulchrarumq; puellarum, proluxa canenti
 Res foret, exiguo acciderint si tempore, bello
 Instanti, ergo nouis animis incensa iuuentus
 Celtica ducenti Carlo, & Milione creato
 Albani & montis domino, reliquaq; caterua
 Illustri, bis sex procerum conamine forti
 Inuadunt Afros, contra tamen irruit autor
 Agramans, & Scardassus, Feragutus & acer
 Et Mantrearthus, nec non rex ille Lybanor,

Aduentu
 Rolandi
 Celtæ ani-
 mantur.

Committi-
 tur pugna.

Et

Et Sacripans, alio cæso cum Lucafer vno
 Ingentinato, Gridassus & arduus armis
 Exultans Briadoro alta se voce vocansq;
 Victorem Rolandi, alij fortesq; gigantes,
 Marsyrius validis cum heroibus anteit omnes
 Tantorum primis congressibus omne virorum
 Effulget robur, surgit certamen & anceps
 Millibus in medijs circum Milionius hoste
 Innumero cæso sæuit, mora nulla fugantur
 Inde hostes in quem Manilardus forte tridenti
 Irruit in Smaragdis, claroq; adamante politus,
 Sicq; tridente super percussit casside abena
 Rolandum, vt ni de nitido leuiq; metallo
 Lubricus exiliat iactus cum viribus ensis
 Quamuis fatalem ob galeam haud cederet illa
 Parte hostem, certe attonitum valdeq; cruentum
 Sterneret, intrepidus verum conamine tanti
 Ictus Rolandus pedibus se firmat & ipsum
 Percutit autorem sic acriter, in caput omne
 Finderet ià collo tenuis, haud profecerat illi
 Armatura nimis fortis, cassis de bilicis
 Æris, ad interitum Manilardi erectus in alto
 Gridassus Briadoro illac accedit acuta
 Multoties renouata hâsta, validoq; moratur
 Conatu Anglanti dominum, strauitq; per armos
 Quadrupedis, mille in partes volitante per auras

Ex congressu hasta, gens tunc Anglantica densis
 Ictibus offendunt hostem, dominumq; tuentur.
 Sericæ & gentes regem, plus feruidus ira
 Donec Rolandus fat noto quadrupedante
 Fors Briadoro hostes rumpens accederet, acrem
 In Gridassum armis quem noscens, his ita fatur.
 Iam tempus Gridasse, vetus finire duellum
 Et domino Briadorum vna dimittere furto
 Arreptum, quis equum nostrum tibi tradidit ut me
 Sic priuaret eo? quem reddes morte peremptus,
 Ficta nec è manibus nostris te monstra valebunt
 Eripere vltterius, sic fatus perculit ense
 Durlintbino adeò valide fortissimus hostem
 Os humerale super, non impediante metallo
 Lorica implicito, ut gladius penetravit ad usq;
 Thoracis costas humiles, tunc morte cadauer
 Sericie factus dominus ruit arma cruentus.
 Arripiente suum Briadorum heroe feroce.
 Cui cedunt gens Gridassii perterrita casu
 Occisi domini, iactant atq; eminus hastas.
 Menodantiadi vicino Anglantius beros
 Tradit equum quo pugnabat, domat & Briadorum
 Latus equi, fat erat se aptandi occasio circum
 Hostibus multis, sed pugnet in ista
 Parte Palatinus, Britomarq; strage cruenti.
 Interea Carolus magnus comitantibus ipsum

Rolandus
 interficit
 Gridassum
 regē Sericæ
 regionis
 acytharū.

Magna-

Magnanimis paribus contra Agramanta potenter
 Bella gerit, contra Agramans rex non minus vna
 Inq; vicem certat multis cum millibus ardens,
 Confluctu valido Gryffon, pater eius & acer
 In Scardassum instant, nec non Sacripanta tyrannum,
 Oggier, & Dudon, hostes quoscunq; videbant
 Interimunt, donec immanis corpore & armis
 Sese hac pugnando Grandonius obtulit heros
 Sanguine casorum tinctus, qui deniq; noscens
 Cum patre Oggiero Dudonem, ita fortiter icit,
 Dudonem fortasse ratus mactare, Diorum
 Oggieri armigerum galea super, ensis vt ictu
 Cranion inciderit media cum parte cerebri.
 Infelix iuuenis voluit se æquare potente
 Cum domino, virtute, armis, temerarius vnde
 Opposuit se ante, & vitam sic finijt ausis
 Deceptus, tunc indignans Grandonius, hostem
 Non dominum ferisse, iterum leuat oculus enssem
 Vicinum in Dudona, at equi salientis in auras,
 Quamuis armatum, rostrum deiecerat omne
 In terram, qui sanguineos fundendo canales
 Inuitum excussit dominum, & prostravit arena.
 Clunibus inuersis qui calcitrat, atq; dolore,
 Et rabie geminantem hostem iam vulnera seuum
 Calcibus ora super tutudit sic fortiter, ipsum
 Reddiderit stupidum, atq; oblitum martis & ensis.

Oggieri &
 Dudonis
 fortitudo.

Quem

Quem super, occisum natum ratus Oggier esse,
 Irruit & valida claua percussit & instar
 Haussti, præduram galeam findendo plicauit
 Sanguineis riuis salientibus vndiq; circum
 Diffisam galeam, geminato saucius ictu
 Grandonius superhæsit equi inclinatus in armis.
 Quem sua gens iuxta, properans Sacripansq; tuentur
 At Sacripans super Oggierum ruit impetus ingens
 Gente frequente tamen medianequijt celer hostem
 Oggierum impetere, at callem cito fecerat ense.
 Oggieroq; vna causat graue vulnus ab ictu
 In femore inferius labente vmbone reciso.
 Ac Dudon equites inter vix surgere, cæso
 Quadrupedante valens, patri auxiliatur in hostem
 Telam immane vibrans, volitans quod ad ora gigantis
 Tegmen ocellorum sublimes iecit in auras
 Caligans visum Sacripantis, at illico visu
 Instaurato, iterum contra hostem forte cruentum
 Irruit, & quamuis percussit casside, at ensis
 Planicie versa nequijt penetrare, sed ipsum
 Semianimum Oggierum strauit stillante cruore.
 Dudone inter equos nequeunte occurrere patri.
 Sed cunctans releuauit eum, complexus & vna
 Ex bello eduxit, liquitq; in valle ligatum
 Vulnere, at interea Sacripans dat plurima morti
 Corpora, donec eum spectans nitida arma cruentum

Rinaldus gladio acceterans turbaret, & vna
 Cedibus à tantis inhiheret, nam super omni
 Scuto dat Sacripanti ietum tam fortiter acri
 Fisberto, ruere vt retro per equilia terga
 Cogeret acrem hostem, scuti quacunq; rescissa
 Contacta parte, at Sobrinus concitus hasta
 Aduolat, & medio flexit thorace potentis
 Rinaldi immoti, thorax nam squamifer ietum
 Pertulit innocuus, quare ira Albanus ardens
 In regem Sobrinum iterum vibrauit, & ietu
 Ingenti scutum scidit, in dextraq; mamilla
 Percussit grauiter, regemq; strauit arena.
 At rex Circasie Sacripans rediuuius in hostem
 Vertitur, & manibus geminis leuat ocyus ense
 Rinaldum vt peteret, subito cui se omnibus offert
 Hac Philomenæus properans obiecit & ense
 Circasie regis scutum, quod per scidit ensis
 Per medium, plaga hæc descendens venit adusq;
 Omentum rubro fluitanti sanguine, Graius
 Vir Sacripanta ferit latere exarmauit, & ietus
 Tantum partem illam immunem de vulnere linquens.
 Circasie rex immani stupefactus ab ietu
 In Philomenæum vulnus geminare parabat.
 Sed mox Sobrino strato Rinaldus in illum
 Vertitur, & qua parte manet Circassus inermis
 Fisbertum traiecit, eum nudauit & vna

Visce-

Viscera, pulmonum pinnas, cor; & quoq; septum

Rinaldo sin-
terficit Sa-
cripantem.

*Quadrupedante ruit Sacripans fugientibus eius
Gentibus, Illyriae ductoris ad usq; manipulos.*

Digressio
ad Bithyniae
regem.

Sydoniae interea ad reges conuertite carmen

Calliope, & vati precor aspirate canenti.

Ergo Bithyniae proceres, rex, atq; puella,

Attoniti tali sonitu de montibus altis

Ad quos appulerant, magno non absq; timore

Descendere urbem, festis vbi prorsus omisissis

Turbatum placant vulgus, iuuenesq; quietant.

Componuntq; suas res, iramq; esse deorum

Arbitrantur eum sonitum, rex sacra litare

Atq; ideo edicit, delubro & deniq; cuncti

Conueniunt, mactantq; simul de more bidentes,

Thuraq; succendunt, pronaq; altaria circum

Succumbunt maesti, pallis atris & operti,

Exin quisq; domum, rex regia ad atria, coniux

Et regina, gener, Dorothea satellite multo

Stipati è templo redeunt, populiq; potentes

Digressio
ad Richar-
tum & Phi-
lenam.

In Sydonem urbem impulsu dum forte repente

Iunior Ammonis natus coniuxq; Philena

Urbis legatis, & Orillo, forte repertis

In sylua, stipati intrant, & denuo reges

Plebe coronantur, toto pariterq; senatu

Ast vbi delicias fuerant festisq; potiti,

Omnipacato regno, rex ipse Richartus

Vestigare suum fratrem reliquosq; quirites
 Decernit, cui sponte comes it solus Orillus,
 Dulcibus eloquijs igitur rex grata vicissim
 Osculareginae, libans discedit ab illa
 Mæsta etiam discessu eius, mæstaq; potentis
 Rinaldi incertum ob casum, simul atq; suorum.
 Ergo Sydonie rex, & fatalis Orillus,
 Vrbe egressi, vmbra cum primum aurora fugarat
 Armisq; & clypeis, & equis, ausisq; superbi
 Bithyniam versus tendunt, Thracumq; propinquant
 Fimibus, & cogente fame ingrediuntur in atrum
 Lucum, si venentur aprum, ceruumve fugacem,
 Quo possent vesci, ad pastorum vmbacula longe
 Visa subardenti Phæbo Lædea tenente
 Sidera, proceris at longe cornibus in se
 Viderunt ceruum venientem, & pone sequentes
 Deimplerosq; canes, cum venatore sagittas
 Eticulate ferre sed in illam primus Orillus
 Eiecit præcutam hastam, transfixit & inter
 Dextram alam, subitoq; exiuit ad ilia teium.
 Arripuit dextra prædam fatalis Orillus,
 Et mediam scindebat, e quoq; imponere retro
 Aptabat, lenat at vocem venator, & inquit,
 Vnde tibi ô miles temulente licentia tanta
 Prædari in luco vetito præsentetynumi
 Astarcho genero, cum coninge qui venit ecce

Sydonie
 rex. R.
 charcus.

Se recreando noua, quiq; hunc infigere ceruum

Ante suam sponfam certat, iussitq; teneri

Cū Richar-
to & Orillo
rixatur ve-
nator quia
percusserūt
ceruū in lu-
co verito.

Incoluem, donec dextra fortasse feriret.

Quare inconsultis vobis ego consulo vt armis

Depositis, veniam coram ipso exinde petatis

Flexanima, casu parceret miseratus, & arma

Retribuet, dabit isq; leuem pro crimine pœnam.

Olli subridens solito sic ore Richartus

Respondit nos, & quoq; equos, trademus & arma,

Si velit accipere, Astarcho, venamur opimam

Dum damam, atq; aprum, contenti non sumus ista

Exigua præda, nobis ostende ferarum

Quin latebras, figamus vbi venabula præda,

Accipiesq; parem partem, dum fatua, adhæret

Astarcho primus cum sponsa, ingenteq; turba

Dispersa comitum, veniens ex vrbe Triballis,

Qui sic rixantem inueniens, cum rege Richarto,

Et socio, irrisum famulum, sic bile tumescens

Vnde, ait, ex ganea forsã gens vilis abistis

Furtiuis armis, & equis, quæ vna loquuntur

In vobis, sunt ne ex Vallis nigrantibus vuis

Spinosæ? comprehendite eos cito (voce leuata

Inquit adhærentes socios) & carcere cæco

Claudite nudatos armis, & quadrupedantes

Ferte mihi, fures etenim sunt atq; maligni,

Exuerant qui aliquos equites iter istud agentes,

Proditione vlla facta, quem indigna loquentem
 Vix potuit cohibere virum, sic sponsa loquelas
 Interponendo, nec quaeso Astarthe tot iras
 Concipias, hi forte viri sunt clara propago
 Sicut in arma vides, queis non ita conuenit aspris
 Detrahetes verbis, pro venatore nefando
 Pagano, tibi temnendo, ceruoq; pusillo.
 Sic domina fante, eijcerent cum saeva cateruae
 Irritando canes immanes, tela, sagittas
 Atq; etiam densas, fortes heroas in ambos
 Instabant qui etiam Astarthum iam forte timentem
 Percutere extremis bastis iam caede cruentis
 Venatorum octo, his sexq; canum volitantum:
 Opposuit se ante in medio pulcherrima coniux
 Astarthi, mulcens animos his deniq; dictis:
 Virtutis vestrae, ignaris & sanguinis vnde
 Orti estis, clari heroes ignoscite nobis,
 Vosq; mei comites celeres inhibete sagittas,
 Heroas certe tantos offendere valde est
 Iniustum, sunt mortis enim sua causa perempti
 Hac fata Astarthum potuit cohibere maritum
 Tum dextra attrectans, tum placans deniq; vultu
 Sidereo, quo nempe feras mitesceret ipsas.
 Tum rex Phœnicum simul atq; Ammone creatus
 O adeo, inquit ei, comis virtute suprema
 Sicut & eximie bella clarissima princeps

Hic Toga-
 nus pro
 homine ru-
 fico accipit
 tur.

Richartus
 & Orillus
 percipiunt
 gentem &
 canes Astar-
 thi in se ir-
 ruantes
 quos placat
 Danaus
 ipsa Astar-
 thi.

da Certe

Certe ni praesens nemore hoc inuenta fuisses
De vita Astarchi foret actum, nec sua posset
E manibus nostris illum gens vestra tueri.

Sed quia iam virtute tua, & pietate foueri
Cœpimus, oramus veniam si fecimus in te
Inq; virum crimen, testor pro numine nostro,
Non animo hos necuisse viros, sed saepe coacti
(Vidisti si) missilibus densisq; sagittis.

Vix ea fatus erat sese calante Richarto

Richartus
& sodalis
eū Astarcho
se contende-
rant.

Et socio, quando Astarchus deuictus amore
Et verbis sponsae, errorem cognouit, & iras
Indignas, comites cobibens, ita namq; profatur:

Parcite praecleari heroes mihi parcite queso
Tantum ignaro heroum, iratoq; malignum
Ob venatorem primum, quem credo dedisse
Rite sui poenas, causatorem sociorum

Interitus, quin oro domi quae conditur isto
Luco, depositis armis requiescite ad umbras
Arbusti varij arboribus, varijq; viretis

Pluribus, atq; vndis, epulae sunt namq; paratae.

Dixerat, & tumulis humana cadauera mandans

Condere, amœna viros fert per loca, regia tecta

Ædificata iocis & delitijs generosis,

Descriptio
amœnae vita-
tis loci ad
quem duxerunt
Astar-
chus & spo-
sa Richar-
tum & Oril-
lanum iuuta-
tos.

Fontibus vndisonis mira arte fluentibus aureos

Per riuos, intra frondosa cacumina mensæ

Sternuntur varijs epulis, modulantur auesq;

Concen-

Concentus, stagnante lacu capita undiq; pisces
 Emergunt, Isthro circum resonante sonoris
 Fluctibus, hinc sponsi, & proceres, atq; inde sedebant
 Filius Ammonis, nec non eous Orillus,

Aspectum quorum saltem pulchra ora Richarti
 Mirantur, censentq; illos genus esse deorum
 Sponsa, vir atq; suus (Bradazmanti nempe Richartus
 Vultu erat assimilis, sed erat procerus Orillus.)

Denuo tunc illis veniam cœpere precari
 Astarachus genibus flexis, & sponsa decora,
 Numina forte forent è cælo nec minus una
 Filius Ammonis, nec non eous Orillus,
 Plus obnixè ambos ima tellure leuarunt,
 Et genus, & patriam, spondent se à nocte referre.

Interea ergo lyris, lituisq; sonantibus apte,
 Omnes equali cœna excipiuntur, operti
 Frondibus in viridi prostrati stramine, certe
 Stratus abax ibi diues erat. Vbi cœna peracta est,
 Astarachus sic ore pio mitiq; profatur:

Magnanimi heroes quorum decor, altaq; virtus,
 Ostendunt vos esse genus sublime, quid oris
 Non metuatis in his, Syrmæi sum gener ipse,
 Qui regit has oras, sed ego sum Astarachus in ampla
 Vrbe Triballorum pro ipso qui regno tyranno,
 Nam nobis urbem dedit hanc cum finibus eius,
 Et nata Danaide sua, quam conspicias ista.

Astarachus
 gener re-
 gis illius re-
 gionis, & li-
 lus regis
 Getharum.

Sum tamen ipse Abaris, qui rex fuit ante Gettharum,
 Filius, alter enim patris successerat oris
 Defuncti, frater satis impius, acer, auarus,
 Qui non me tantum priuauit parte relicta
 Regni à patre meo, verum & quoq; dote sororem,
 Quam repulit nequam, scelus & permisit acerbis
 Tradi Ithuræis, violari eiusq; pudorem.
 Impatiens ergo ipse ira, iustiq; furoris,
 Russor Eocalidem fratrem, & secreta paternæ
 Intro domus, vbi forte alui excrementa reponit,
 Interimoq; ipsum sic dicens, solue nefande
 Rex scelus impietatem illam quam egisse sorori
 Esto memor, nondum dixi, quando illico cæso
 Fratre meo egredior tacitus, lucoq; relicto
 Quadrupede effugio, properanter ad usq; Triballos.
 Interea postquam regem videre Gettharum
 Occisum proceres, regis necuere ministros,
 Plerosq; atq; alios clauserunt carcere vinctos,
 A quibus inquirunt autorem mortis acerbæ
 Suspitione mei pleni, quare ocys vrgunt
 Regem alium me posthabito, certamen ob idq;
 Auxilio soceri gesto plerisq; diebus
 In mea regna Getthas, hostilia reddita nobis.
 Vltima nunc autem contra illos arma pararem
 Annorum proceres fœdus petiere duorum
 A socero, hoc intersticio fors vlla fuissent

Pacta parem certe regni mihi reddere partem
 Decrerant, renuicq; ego ius atq; esse negavi.
 Nunc ergo Syrmæo istis firmante diebus
 Fœdera dimissis assumimus ociâ pugnis,
 Quare vos clari heroes precor este parati
 (Si vacat aut vrgens uera vos vocat altera cura)
 Instet cum belli tempus, nam non ego vobis
 Hospitibus dubito superato ex hoste triumphum.
 Dixerat, atq; Ammone satus rex hac ita fatur:
 Fas nobis memorare tibi oras vnde venimus,
 Et genus, & patriam, fas & memorare pericla,
 Hocq; iter, ô reges regum, stirps inclytâq; vna,
 Tempore queis omni pro tot parere tenemur
 Hospitijs, requieq; data fessis, & egenis
 Militibus nobis peregrinis, vestra profecto
 Vos memorasse mihi & socio secreta sine ulla
 Suspitione doli dignor, maioreq; cura
 Obsequium in vestrum, & maiore vniuersis amore.
 Nos (rumor vestras si quando venit ad aures)
 Ex Carli procorum catu sumus, ipse Richartus
 Filius Ammonis Rinaldi frater, at heros
 Hic consanguineus, nostri est qui venimus oris
 Quasitum ex patris Rinaldum, aliosq; quirites,
 Horrendo casu sparfos, nam frater, egoq;
 Primum Bithyniæ ad fines accessimus, vnde
 Ingressi Calcedonem, celeberrimâ festa

Richartus
 narrat
 Afracho
 suam pro-
 geniem &
 patriam.

Comperimus fieri, multaq; certamina, propter
 Regis Prusiadis notam, quam ex equore monstri
 Faucibus eripuit, Rolandus, testis Orillus
 Hic noster comes est, qui tanto vnaq; periclo
 Adfuit equorea: non est incognita credo
 Fama tibi, quare fierent festa illa, salutem
 Gaudiaq;, ob tantam frater Rinaldus, & vna
 Ipse ego, cumq; alio socio, quem querimus, acri,
 Vt celebraremus simul haec quoq; festa vicissim
 Calantes nomen, notos cantendimus armis
 In consanguineos, Rolandum, vnaq; Vienna
 Heroem, sociumq; meum hunc, nos nouimus omnes
 Inq; vicem: ut tandem in turbis, datur ipsa puella
 Incolumis, iam pridem eius, connubia chora,
 Poscenti Ausonio, Godofrido, atq; Heliodora
 Progenito, iussu sic decernente tyranni
 Rolando, maiora ideo mox festa parantur
 Connubium ob tantam, varijs ex finibus orbis
 Gentibus innumeris venientibus, atq; tyrannis,
 Connubij ad famam, & certamina equestris, ludis
 Omnibus exercere viros erat omne videre.
 Quis non exigui heroes cecidere, potenter
 Hastis congressi, cecidit, sifilius vni.
 Trinacriae regis, lethali, vulnere, casus.
 Hos inter ludos, celebras, somus horridus ecce
 Insonat, excedens adeo quod, abegerit omnes.

Eminus hæc illas violento cum impete tanto,
 Ut nos inuitos motu & de loco coactos
 Vsq; has impulerit terras nostris ab amicis.
 Et socijs charis diuisos millia multa,
 Credo equidem inferno demon resonauerit ore
 Iussus adire Erebrî plus ad penetratia tetri,
 Sed nunc ruspamur terræ per inhospita amicos,
 Solliciti quis casus eis enei erit oris
 Ignotis, timidi Euxinum ne forsan in aquor
 Præcipites ruerint, tanta est violencia vocis.
 Quos mihi fata viros dederint reperire, Deus ve,
 Incolumes, per dextram istam tibi iuro, tuamq;
 Præclaram sponsam, cito ad hæc cum fratre Rinaldo
 Regna reuersurum, quæcunq; ad vestra paratum
 Iussa, togæ aut belli, fuerit si vita superstes.
 Tunc etenim manifesta tibi plus nostra patebit
 Mens pia, sed liceat nobis fratrem atq; sodales
 Vestigare meos, vobis dignantibus æquum
 Hoc iter. Astarcus fantem atq; amplexus Orillum
 Bella sua & coniux proprijs fulgentibus armis
 Composuere illos, galeas pariterq; nitentes
 Aptarunt, & equos, Amethystum forte Richardo
 Clam regina daret, tandem cum pace recedunt
 Lætitiâq; viri & placidos gratosq; relinquunt
 Spe reditus, Astarchum, vna sponsamq; decoram,
 Gratibus & verbis multis insignis amoris.

An ethiâ
 gemman.

LYRAE HEROYCAE

LIBER DVODECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI XII.

RIchartus, Orillus dum in montibus errant, Draconem, cui obuiam fiūt, interficiūt, cuius oris venenato hitu, cadunt semianimes, Sybilla Eri-thræa, quæ mille annos illam colebat syluam, eos ad vitam reuocat. Quibus se esse antiquam Sybillam, quæ Christi ortum & nouissimū diē iudicij vaticinata fuit, declarat. Itē ipsoꝝ peregrinationem, eiusque causas, declaratque multa de belli Gallici statu, & euentu futuro, multa item de Imperatore Carlo quinto, de eius filio Philippo, de Ioanne Austrio, de regibus Gallie. Tandem hæc locuta in Delphinum conuertitur, amboque heroes ab omni periculi suspicionē certiores reddens, dorso excipit, cum quibus in amplissimam paludem submergitur, vbi repente vident Syrenas, suauissima innocuaque modulantes carmina. Nimirum postquam Ulfis solertia superata fuerūt nemini vltra infensæ fuerunt, tandem eos per speluncam reducit suo iteri. Intra speluncam autem vident Draco
nem

-nem duplici ore sibilantem, quem offa obso-
pit Sybilla. Tandemque eos ambos ab spelunca
extrahit, appellitque ad viam versus Galliam,
progrediuntur, obuijque fiunt Morganori, si-
mulque ad Galliæ castra propinquât, vnde pro-
spiciunt Rolandi, & Rinaldi & Palatinorum fa-
cinora. Interea autem Galaon aduertens Afro-
rum castra pessum ire, suosque dolos retegēdos
fore, compellat Melissam, Vrganæ & Alsinæ fa-
mulam, cui compendio narrat Afrorū res per-
ditum iri, necesseque protinus esse, sorores ma-
gicas eius dominas, vt quam citissime opem fe-
rant Afris. Interea autē Melissa à dæmone per
auras vecta, de rebus Afrorum dominas certio
res facit, sorores vero magicæ subito per auras
quadrigis suis alatis feruntur Farfello illis mo-
derantē. Qui Farfellus effigie similis Rhotamō
ti ibat, & Vrgana, sicut prius, a similis Angelicę.
Intrant prælium, Farfellus magna strage affli-
git Gallos. Rolandus vero, & Rinaldus, & Fera-
gutus, festinant rapere Vrganam, nimirum eā
fore Angelicam effascinati censebant, Vrgana
autem è curru exiliens ab eorum visu effugit, se-
quuntur eam. Interea Farfellus truculentas stra-
ges in Celtas, edere non desistit. Donec acce-
dens Malgus exorcizans effugat dæmonem.

Cæterum certamen vtrinque exacerbatur Britomars periclitatur cui diua Virgo Maria inuocata in nube apparet candida, eumque mox liberat. Cæterum eo cito moriturum in bello, in cælumque fursum recipiendum fore prædicit. Tandem ipse Britomars præcepto sacrae diuæ Florissam visit, quam inconsolatam dimittens ad certamen remeat, obiter videt duos principes Palatinos deperire Angelicam effictam quos infalutatos deserit. Interea Rolandus contentiose Rinaldum præcedit, Angelicamque effictam manu retinet, idcirco accedente Rinaldo fit inter eos contentio, Feragutus autem subito accedens rapit fictam Angelicam, videntes autem Palatini dimisso certamine in Feragutum impetu irruunt, ensesque in eum iactant, Feragutus vero enses Rolandi è terra arripit. Cæterum interea ad Vrganæ inuocationem subito interuenit Farfellus conaturque Palatinos interficere, sed eos Angelus custodiæ tuetur dæmonemque & quadrigas in profundum Tartari projicit; conspectu & præsentia Angeli, Vrganæ signetum detegitur, idcirco Feragutus cogito Vrganæ foedo & senili vultu diffugit, obiter autem Artur effigie bubulci illac præterit, obuiamque exit Vrganæ, quam ignotam relinquit:

tan-

tandem offendit Palatinos iacentes dæmonis strepitu, quos in mentem reuocat exhibito potu liquoris balsami Idumææ, deindeque aquæ fontis odij, idcirco tantum abest vt Angelicam depereant quod potius abhorreant. Tandem redditis sibi equis, & ensibus, ab Arture pristina beneuolentia & necessitudine cõiuncti profisciscuntur opitulandum Carlum.

A L L E G O R I A.

S Vb persona Richarti, intellige virum fidelẽ & rectum. Sub persona Orilli, intellige tempus, sub Dracone habente in fronte vnum oculum, intellige mēdaciũ quod idcirco, vno fingitur oculo obscuro, nimirum deprauate & sinistre res prospiciat, sub persona Sybillę Eri-threidis, intellige veritatem, fuit enim in suo vaticinio verissima, vnde præsens Allegoria sic habet. Nempe à fideli & discursu temporis mendacium detegitur, & propter veritatem vir iustus & fidelis manifestatur cum prius diu mendacij iactura in obliuione fuerit. Tandem sub persona Sybillæ, quæ in Delphiniua cõuersa, Richartum & Orillum dorso sustinens per profundũ paludis descendit ad palatia cristallina vbi Syrenes

renes cum multa suauitate carmina modulantur, intellige, veritatem, quæ sicut Delphinum in mari, ita & ipsa veritas est regina in mundo, ad dirimendas contentiones & controuersias, secumque fert suos ministros, id est, viros iustos & veraces, ad atria crySTALLINA cælorum, quæ operata & celata videntur sub fluctibus huius sæculi. Sub figura cantus & melodix Syrenarum, quæ nemini iam infestæ erât, postquam Vlisis astuspreta fuerant, intellige delicias & momentanea oblectamenta huius sæculi, quæ nisi spernântur, animam coinquinant. Ceterum postquam in hoc sæculo à viro forti & fideli spreta fuerint, in alio sæculo gaudia & delicias sine contagio peccati perpetuo afferunt. Cæterum per speluncam qua Sybilla ducit Richartum, & Orillû ad iter Parisiorum, & Draconem Amphrobenum in spelunca repertum, & à Sybilla ossa obfopitum, intellige hominẽ huius sæculi laqueis dolosis irretitum, qui vbi à veritate & fide de gaudio & fœlicitate æterna certior est redditus, eadem veritate duce, tandem iter huius sæculi cõficit, denique ossa effascimata, nempe abstinentia & frugalitate obfopit dicitur ora Draconis, qui vorare animam tentat, hoc est, bestialẽ appetentiam, quæ tum ore gurgitũ ore libidinis nos deu-

deuorat, postea vero à veritate docemur rectā
viam. Cæterum per subitum aduentum Vrganę
se fingētis Angelicam, & eius sororis vehentiū
in quadrigis alatis, quos regebat Farfellus, qui
fingens se esse Rhotamontem tot comittebat
strages in Celtas, intellige, potentias, irascibilē
& concupiscibilē quibus dæmō vtitur ad actus
venereos, & inimicitias, & lites irritandum. Cæ
terum per figmenta Vrganę, & Farfelli, quibus
sub imagine & figura pulchritudinis & fortitu
dinis, decipiebant, interficiebant Celtas, intelli
ge, dæmonē qui sub prætextu fœlicitatis odiū,
inimicitias, & voluptates venereas animis infi
git. Siquidem pro tuendis & augendis huma
nis dignitatibus, & honoribus transitorijs, &
fruendis illecebris & voluptatibus, quibus fœli
citem inesse persuadet, ambitionem, odium,
luxuriam, alienorum appetentiam alliciat. Sub
persona Malgisi exhorcizantis abigentisq; Far
fellum, intellige, dæmonem verbis & orationi
bus sanctis abigi. Cæterum per mortem fœlicē
Britomartis cui diua Virgo ab eo inuocata, ap
paruit à conflictu liberans, intellige hominem
fidelem & iustum, qui tametsi in suo conflictu
inuocans Deum morte corporea præoccupat
us fuerit, insipientiumque oculis videatur mo
ri,

ri, & non exaudiri à Deo. Cæterum moriens au-
ditur ab inferisq; eripitur, idcirco Poëta in per-
sona diuæ Virginis dixit:

Sic etiam nostros audimus Martyras ipsa

In morte.

Quasi diceret, non tantum Deus, egoque eius
mater & filia, audimus Martyres nostros eos à
morte corporea nonnunquam eripientes: ve-
runtamen in ipsa qua affliguntur morte eos ab
inferis eripièdo, idcirco in sacris legitur de Mar-
tyribus; moriebantur & exaudiebantur. Per Flo-
rissæ fletum super propinqua morte sui mariti,
intellige, nostrorum amicorum & propinquo-
rum interitum, nobis esse causam tristitiæ, & lu-
ctus, quia eorù caremus præsentia & præsidio:
tamen si ex eorum vita optime ante acta creda-
mus eos perpetua frui scelicitate. Cæterum Bri-
tomartem diuæ Virginis monitis, in salutos li-
quisse Rolandum, & Rinaldum, quos perditè
sequentes Angelicam. fictam obiter prospexit
in sylua, intellige, Deum nequaquam miseran-
tem eorum, qui assidue peccant sæpe sapius si-
nere eos ire in sua sinistra vota nullo eis profi-
ciente concionatore. Cæterum per Farfellum,
qui pene propulisset Rolandum & Rinaldum
in profundum Tartari, nisi eorum custodiæ An-
gelus

gelus citissimam fore opem, intellige, Deum solita utentem clementia erga deficientes in virtute & præceptis salubribus, tandem quæ iam æternæ damnationi obnoxios, quorum non immemor, siquidem nonnunquam præceptis eius paruerint, in tempore maioris conflictus, dignatur eos clementer eripere de manu Sathanis. Cæterum per Feragutum Angeli illustratione manifeste videntem Vrganæ deformitatem & figmenta, intellige, coram Dei lumine nihil cælatum iri. Cæterum sub persona Arturis qui in bubulci effigie balsamo liquore ad vitam reuocauit Rolandum & Rinaldum diabolico strepitu inanimes: intellige, sacerdotem qui pastoris seu bubulci typum gerens sacramentis, quæ Christus instituit in illis oris Idumææ Iudææ viuificat reum, cui sua arma & equum, nimirum fortitudinem & gratiam, restituit. Cæterum Arturem nequaquam agnouisse obuiam Vrganam: intellige, sacerdotem nequaquam inficiendum fore contagio potentia concupiscibilis.

L Y R A E

LYRAE HEROYCAE

LIBER DVODECIMVS.

Iter Richar
ti & Orilli
postquā ab
Astarcho &
sua vxore
Danaide
diuerterūt.



*Itē ubi ab Astarcho, Danaide & coniuge bella,
 Diuertere viri, penetrant Macedonia rura,
 Et tandem in syluam desertam, incultaq̄ rura
 Descendunt, plenam dumis, atq; ilice passim
 Occurrente sibi: nemoq̄ sum exindeq̄ flumen
 Accedunt, vltraq̄ vident post fluminis vndas
 Athletas geminos ad eò certare duello
 Terribili, tremere omne simul videatur vbiq;
 Obscurum nemus, at se tantis ictibus ambo
 Ingeminant, nempe euulsis telluris ab imo
 Roboribus vastis, quibus in se ingente ruebant
 Cum strepitu, ad quos fatalis vir Orillus, & acer
 Ille Palatinus cum quadrupedantibus, vndas
 Prætereundo adeunt, verum vltra flumen arenas
 Transierant postquam, aspectu amisere gigantes.
 Ingressi vallem altam vmbriis, folijs & opacam,
 Stabat vbi horrendum monstrum quod lumen habebat
 Fronte vnum vt putei ostiolum, sed cætera moles
 Corporis instar erat vasti horrentisq̄ draconis:
 Cuius equi effugiunt vultum, nequeuntibus illos
 Ambobus dominis cohibere: ast ocyus euro
 Exiliunt Ammone satus, fatalis Orillus,*

Vagina

*Vagina eductis gladijs in forteq; monstrum
 Iam prope maturans cursu, mora nulla potenter
 Inuadunt, verum ne quicquam squammea terga
 Percutiunt, ictus etenim feriendo videntur
 Scintillare ignem, vt si in saxum fortiter illum
 Inciderent, tunc terga citans immania cauda
 Os referansq; amplum toto cum corpore monstrum
 Irruit heroas contra, patuloq; vorare
 Guttur conatur, lacerare atq; vnguibus hirtis,
 Actutum latere heroes ab vtroq; recedunt,
 Atq; iterum actutum contra iunguntur in vnum,
 Praueniens tanto monstro, se credit Orillus
 Fretus in arte maga, referatis faucibus eius
 Antri instar vastis, gladio constrictus acuto.
 Deglutit fera seua virum, verum ilia rumpens
 Cum gladio egreditur vir Orillus vulneris expers,
 At non incolumis namq; exitiale venenum
 Non modo Orillum ipsum, verum atq; infecit in astra
 Lumina vertentem duplicato crure Richartum,
 Orantemq; cruce amplexa mucronis acuti.
 Monstrum etenim horrendum, necnon erat atq; repente
 Lethiferum, quod humi sic acri heroe vorato
 Occubuit letho, vtraq; atq; ex parte sodales
 Semianimes contage feræ, & spiramine tetra,
 Plus egisse animam apparet, sed fidus Orillus
 Liuidus ora atri monstri interiore veneno.*

Bb.

Nec

Richartus
 & Orillus
 inueniunt
 monstrum
 cum quo
 certant.

Monstrum
 arte Orilli
 interficitur

Monstri ve
 nenositate
 cadunt Ri-
 chartus &
 Orillus se-
 mianimes.

*Nec minus Ammonis natus resupinus ut ille
Non procul inde iacet, donec de Vallis ab imis
Obscurisq; locis niuea en in veste puella
Egreditur portans manibus duo fercula plena
Ambrosia, & miro pomore dolente per auras.*

Erithræis
Sybilla ap-
paret illis.

*Fatidica hæc Erithræis erat, vetus vna Sybilla,
Quæ mille & plus nata annos iuuenescit in anno
Quolibet, in formamq; apparet versa draconis
Nonnunquam, nonnunquam ales mutata volare
Conspicitur plerosq; dies & virgo figuram
In propriam migrat, variam sic deniq; vitam
Exigit, hac sylua latitans, ergo illa Richartum,
Et socium, tanquam exanimis tellure iacentes*

Erithræis
sybilla se-
mianimes
heroes Am-
brofia in vi-
sâ reuocat.

*Accessit, fusa Ambrosiareuocauit & ambos,
Quos, vbi odoriferis pomis, & nectare, vires
In proprias suffecit, ita exin ore benigno
Compellat stupidos, ignaros prorsus vbi sint
Immemoresq; sui, gens ô pia, iusta, fidelis
Intrepidi estote & memores aduertite mente
Sitis vbi in terris (sic fata illiuit eorum*

Paræthesis.
Erithræis.
Felle per-
dicit illi-
nens reu-
pora heroû
in pristina
reuocat me-
moriâ.

*Tempora adhuc valde immemorum per dicis amaro
Felle, satis memores quo heroas reddidit ambos)
Quos iam surgentes paulumq; in virgine vultus
Defixos, dictis compellat talibus vltro
Fatidica, ignoro quoniam non ipsa quirites
Fortunas vestras, atq; oras vnde venitis,*

Necnon

Necnon & causas ob quas erratis in oris
 His, profugi, caso fessos vos nolo dracone
 Lassare ulterius, nec dum rogo forte morari.
 Quin mecum quæ sola colo loca amœna venite
 Vitales vires lapsas, & membra fouendum.
 Paruerant dictis fatalis virginis, vna
 Et comitantur eam sensimq; ad Vallis opacum
 Descendere locum, clarum stagnante palude
 Quæ, velut æquor, erat vasta, in medioq; paludis
 Dulce melos iuauire sonabant voce sorores
 Syrenes, quas postquam heros Laërtius astu
 Effugit non ultra homines studuere sonoro
 Allicere, at tantum mulcebant pectora cantu.
 At vero heroes & dux Erythraeis vt altas
 Descendere vndas, subito maga femina versa
 In delphinum ipsos squamoso in corpore cepit
 Premonitos, subter qui vndas videre repente
 Pyramides structas muro apparente nitentis
 Crystalli, seseq; intra, Syrenas, & vna
 Plus niue nudatas albas vultuq; decoras
 Aspiciunt, variasq; epulas, stant quæ vndiq; circum
 Dispositæ mensis auri, internodia quarum
 Gemmæ fulgentes, & erant, clariq; piropi.
 Bis duo flagranti vino, limphisque, fluebant
 Fontes qui liquidum riuum miscentur in vnum
 Sese fundentem in pateras, ibi protinus ergo

Erythraeis
 verba in dra-
 conem ter-
 go suscipit
 Richartum
 & Orillum
 & postquã
 eos certio-
 res reddi-
 dit de eorũ
 incolumita-
 te, cũ ipsis
 demergi-
 tur in pro-
 fundam pa-
 ludem in
 qua repete-
 vilent vr-
 bẽ crystalli
 nam & si
 renas miri-
 fice decan-
 tantes min-
 meq; no-
 xias,

Discubere viri, posito edicente Sybilla
 Delphino, comeduntq; epulas, & vina coronant.
 Dum referant bellæ caelestia guttura natæ
 Calliopes, subito at somno ruit hospes vterq;
 Tum lassus, tum syrenum dulcedine capti.
 Ast Eritbræis eos media inter pocula, somno
 Vidit vt arreptos iussit syrenibus inde
 Sensim ad strata ferant mollissima, quæ dedit olim
 Intertexta suis manibus diuina Minerua.
 Vt vero larga fouerunt membra quiete,
 Atria duxit eos extra crystallina, virgo
 Fatidicain campos densis multisq; fluentis
 Irriguos, niueis loca oloribus vniq; plena
 Lauroq; & myrto & roranti balsama ligno.
 Syrenes lato emergebant flumine cantu
 Quæ suauis nimium viridantia littora obibant
 Inq; vicem liquidas submergebantur in vndas.
 At cantus referebat vti, sacer angelus alto
 E celo veniens Gabriel, pia nuncia sanctæ
 Dictarit Mariæ, foret vt paritura coeuum
 Aequalemq; patri natum, virtute supremi
 Patris, & aduentu afflatus, vt protinus atq;
 Illustrarit eam, dederintq; vt munera reges
 Nascenti puero, fuerintq; à sidere ducti
 Eoum ex oris, humile ad præsepe Bethlenis,
 Vtq; etiam Simeon sanctis amplexus in vlnis

Gaudeat infantem Christum vidisse senecta,
 Vtq; etiam puer ipse Deus in lege magistros
 Vicerit ore pio, referans oracula datum,
 Vtq; inter thalamos liquidas conuerterit undas
 In fuluum vinum, satiauerit vtq; cateruas
 Millia quinque hominum complura atq; agmina, quibus
 Panibus, exiguis geminis & piscibus inter
 Deserta, & sola reuocarit voce sepultos
 Lazareos manes, ipse & post funus acerbum
 Exurgens tumulo fuerat quo conditus imo,
 Ad styga & ad sedes descenderit vsq; profundas,
 Secumq; inde patrum manes euexerit vltra
 Sidera, & ad dextram confederit omnipotentis,
 Vtq; erit extremo venturus tempore tandem
 Iudicet vt seclum, prauis aeterna daturus
 Supplicia ob labes, aeternaq; premia iustis.
 Syrenes haec mira alia & complura canebant,
 Carmina, & historias diuas, dictante Sybilla
 Interea obstupidos inter spectacula tanta
 Et rerum dubios compellat dia Sybilla
 Conuiuas, gratos oculos defixa Richarto.
 Christiani & clari heroes. non fata sed altus
 Ille Panomphaeus nostris. vos appulit oris
 Desert. & patriae varias audire ruinas,
 Et causas multae stragis, graue, inertia, crimen,
 Albani montis domini, & Milione creati,

Richart &
 Orillum à
 somno ex-
 citatos Sy-
 billa allo-
 quitur.
 Panophæus
 Deus om-
 niū voce co-
 leandus.

Quit tanto affectu Angelicam male numine laeso
 Vxorum immemores, natorum vnaq; suorum
 Deperiere, ideo in discrimine Carlus, & eius
 Oppida sunt magno, potuit cohibere nec acrem
 Rolandum ex igni monstrum quod venit ab orco
 Permittente Deo, cum iam maetare Gridassum
 Vellet & in ingulum gladium adiunxisset inerme.
 Nec minus Albani dominus tuus ille Richarte
 Magnanimus frater deliquit captus amore
 Et magice illecebris Vrganae, ob crimina quorum
 Desidiamq; simul cum Carlo exercitus omnis
 Corruerit, nisi summa Dei clementia tanti
 Excidij miseratus, opem misisset ab alto
 Aethere, Bernardum Hispanum, diuumq; Michaellem,
 Hi Carli victas acies, sparsosq; manipulos
 Collegere, hostesq; fugarunt, millibus vna
 Pluribus occisis, nec non Rbotamonte superbo.
 At nondum fuerit summi pacata Tonantis
 Ira, iterum Libyci conspirauere tyranni
 In Carlum, atq; suos adeo debementius (ante
 Rugiero magna cum proditione perempto)
 Semirutis vt Leucociae iam deniq; muris,
 Deuastata omni ferme iam plebe, tyrannus
 Carlus in arce sua omnino circumdatus esset
 Spe sine praesidij, quoniam sed rector Olympi
 Noluit vt prorsus sua plebs Christiana periret.

Sybilla he-
 roes certio
 res facit de
 periculo
 quo erat
 Carlus
 Magnus.

In cor *Virgane* magica inspirauit adiret
 Chalcedonem urbem magico dispergere cornu
 Vos nimis immemores & festis atq; hymenæis.
 Quos ita disperfit cornu, vt collegerit equas.
 In geminas partes, parte hac te, vnaq; *Philenam*,
 Parte aliaq; viros reliquos, qui numine diuo
 Accessere oras patrias, & pluribus hostes
 Cedibus affligunt, abiguntq; potenter ab urbe.
 Nunc anceps pugna est, erit & victoria tandem
Vestra, licet bello obtingant non pauca peractō,
 Donec amor bellæ *Angelicæ* labatur ab illis.
 Hæc sine mente *Dei* non fient, nempe *Quirinum*
 Imperium vere exoritur nunc nomine *Christi*
 A *Carlo* magno, vsq; alium simul atq; potentem
Carlum, qui quintus dicitur, & vsq; *Philippum*
 Natum eius, quibus imperium viuentibus istud
 Maius erit, magis increfcetq; *Ecclesia*, victis
 Hostibus innumeris contra surgentibus illam.
 Effloreat eo rex tempore *Maxilianus*,
 Imperio accepto *Fernando* à rege potente.
 Magnanimus rex *Gallorum*, *Franciscus* & eius
 Filius *Henricus*, sorte occidendus iniqua.
 Filius huic successor erit vir imagine patris
 Inclutus, in tenera vincet qui atate rebelles,
 Armipotensq; *Petri* sceptro & solemnibus aris
 Subyciet, cum magnanimo fortiq; *Philippo*

sybilla præ
 dicit Impe
 riū Roma
 num vete
 Christiano
 rū incipere
 à Carlo
 Magno
 atque ma
 gis propa
 gandū esse
 à Carlo
 quinto &
 Philippo &
 Ioanne ab
 Austria
 eius filijs.

Coniuge germanæ direptæ atate recente.
 Filius & quinti Carli minor alter in illo
 Tempore fulgescet, dicetur hic Austrius omni
 Clarus Ioannes virtute, animosus & acer.
 Sed quæ progenies de te sponsa q̄; fideli
 Procedet, tibi chara vxor regina dicabit.

Referit Sy-
 billa vatici-
 nium quod
 Astiæ ma-
 ter Philenæ
 prædixit ip-
 si Philenæ
 in luco Vr-
 ganæ, supra
 vide librū
 1.

Illa etenim didicit materna certius vmbra
 Quam vidit luco Vrgana (memor esto) Philena.

Cum tibi semianimis fuerat socijsq; reperta.

Hac vna sed te ex hilaro re iamq; Philenam

Concepisse tibi natum, de quo tua socrus

Extrema Hesperia magnum genus esse futurum

Præcinuit, sed ego sum valde antiqua Sybilla

Quæ quondam cum alijs prædixi ex virgine Christum

Exorturum alma, & post vltima sæcla futurum

Iudicium, quo cuncti homines insurgere debent

Et tumulis, propria ante velut sua corpora adepti,

Quæ fecere operum cunctorum reddere causas.

At mihi summa Dei clementia præbuit istum

Viuere per lucum mortalia sæcula cuncta

Humanis vbi delicijs, & rebus abundo

Omnibus, ergo tuum fratrem, charosq; sodales

Leucotea inuenies pugnantes Turchica contra

Leucotea
 vocantur
 Parisij qua
 si Leucote-
 cia quo no-
 mine Pto-
 lomæus Pa-
 rthios ap-
 pellat.

Agmina, victores nequicquam Vrgana sed illos

Tentabit cobibere, maga atq; obsistere forma

Assimili Angelica, quæ non spectabitur vltra

In vestris oris eius sed imagine sumpta
 Vrgana, Angelicam quam cuncti forte putabunt.
 Quin Artur dux ille antri fallatur eadem,
 At tandem, quamuis ignota fraude figura,
 Fonte odij epoto, tristis spernetur Erichtho.
 Quos tamen horrenda pugna certare gigantas
 Vidiſtis nuper, socius Morganor eorum
 Vnus erat, cum montano sene, forte duellum
 Qui supra in sylua nimis hinc distante, gerebat.
 Et tandem secesserunt inuictus vterq̄,
 Parthenope nostra famula cum voce canora
 Disiungente ambos, quare inuenietis amicum
 Ad maris Adriaci ripas, mora nulla, locabo
 Vos vbi, plagarum immunem, sic fata per amplum
 Antrum ducit eos Erithraeis, quo draco vastus
 Amphibenus erat vibrans duo sibi longa
 Guttura, quem mulier pingui obsopiuerat offa.
 Equoris tandem ad ripas perduxerat ambos:
 Vnde vrbes Graias, Misimq̄ ostendit, & oras
 Thessalia, dein Monopolimq̄, urbem, quam versus vterq̄
 Direxere viam, pariter remeante Sybilla
 In proprias sedes, itere agnoscuntq̄, sodalem
 Morganora, suos ex loris ecce lupatos
 Qui ducebat equos, proprio quem nomine magna
 Voce vocant, mox ille retro conuerterat ora,
 Operiensq̄, ambos, noscensq̄, amplectitur vna,

Vrgana.

Erithraeis
 ducit Ri-
 chartum &
 Orillū per
 antrum vbi
 draco Am-
 phibenus
 erat.

Richardus
 & Orillus
 ab antro fa-
 tali egressi
 duce Sybil-
 la obuiam
 eunt Mor-
 ganori.

Inq; vicem ambo illum, longe visamq; propinquant
 Forte casam, ardentem aestate fameq; coacti.

Atq; ibi compertis plerisq; peponibus, vuis

Et submaturis bnis cum panibus aluum

Implerunt, paruoq; inuento ex vtre biberunt.

Atq; ambobus equis ad pabula lata solutis

Dein somno indulgere horis plus octo sub vmbra,

Nemine adhuc viso insurgunt mox protinus omnes,

Inq; pepone vno vacuato funditus intus

Considerant auri nummos, quot concaua posset

Pars capere, angelloq; relinquunt pauperis agri.

Rusticus haud dominus fundi mercede careret,

Quadrupesq; suos voce, & calcaribus instant

A pastu, atq; ad Monopolim non segniter urbem

Accelerant, dein Adriacum dant vela per aquor

Iam rate comperta, notus quem nauta regebat.

Linq; Salernum urbem Masilla propinquant

Littora vbi sistunt germane, inuitus & urbem

ingreditur ratus esse moram succurrere Carlo.

Quare cum socijs propezare ad castra Richartus

Non cessabat adhuc, dein & post terga Tharascum,

Atq; Arelatem etiam linq; penetrantq; fluentem

Per Rhodanum, dein atq; Ararim, vnde aduersa fugari

Agmina prospiciunt, Afros & vertere terga.

Certatim domitos Carlo, medio agmine feruent

Albani montis dominus, Milionius heros

Richartus,
 Orillus,
 Morganor
 accedunt
 ad bellum
 Parisiense.

Post-

Postquam etenim Sacripanta ferox Albanus inter
 Percussit costas, reseravit visceraq; vna,
 Cyrcasie effugiunt turbae, Agramantis & alic
 Deficiunt, Rolando illosq; impune necante.
 Nec minus & Carlus, Gryffon, pater eius Oliuer
 Et Naimus, Constantinus Sylvanus, & Oeton,
 Et Salomon, Dudonq; acer, praesesq; Guarinus
 Atq; Oduardus, itemq; Gasferus, & arduus armis
 Sonsonellus agunt hostes, alijq; quirites.
 Quos etiam inter adest valde insignitus in armis
 Astolphus, Riciardeto comitatus & acri
 Obbolio, haud alia minor est Anselmus in ala.
 Quare Marsyrius nec non & primus Agramas
 Atq; Lybanor, item reliqui Libyesq; potentes
 Heroes, subito coguntur vertere terga.
 Natus at Agrani, & fortis Feragutus Iberus
 Atq; Bracardinus, Scardassus, Lucafer acer
 Et natus, pede fixo hostes remorantur, & Afros
 Nunc vi, nunc dictis frustra incusando coercent,
 Iam certe Gallitentoria ad alta ruebant
 Marsyrij, atq; Agramantis, regisq; superbi
 Noriciae, multis occisis millibus Afris.
 At non interea cessant cohibere phalanges
 Christianas tanta strage illinc omni: abiret
 Gallus, eos contra ne auderent comminus armis
 Aggredier, iacula at longe, celeresq; sagittas,

Palatini fu
gant Afros.

Scilicet Mi
treartus,
Feragutus
& alij he-
roes Afri.

Expe-

*Expediunt, in aprum veluti venabula quando
A longe venatores clamore retorquent.*

Talia dum summo speculatur vertice montis

Rex Ammone satus, socijs cum fortibus vno

Richardus
& Orillus
& Morga-
nor ruptis
hostibus
Carli cu-
neis miscē
tur.

Agmine descendunt, medios rumpuntq̄ per hostes,

Cedibus afficiuntq̄, nouis, terrore q̄ vasto

Perturbant subito, & faciles iunguntur in alis

Magnanimi Carli, & fiunt pauor omnibus Afris.

Interea Galaon curarum fluctuat aestu,

Sat trepidatq̄ videns vinci Agramanta tyrannum,

Resq̄, dolosq̄, suos, & pactum, quae egit Erietho

Cum praua Vrgana, Alsinæq̄, sorore nefanda,

Irrita iam fore, habere locum nec funditus vsquam.

Decernit cito adire magas, via longa videtur,

Attamen vt victis succurrere possit amicis

Et memor ancillae Vrganae, quae docta Melissa

Dicitur, ad Lemnanam habitat & dira lacunam,

Hac ad eam tendit, humili simulatus amictu.

Tandem inuenit eam luco, inter lustra ferarum

Inquirentem herbas, alia & medicamina multa

Apta veneficijs & sic compellat Erietho,

Virgo decoro nimis summæ sacrata Dianæ,

Inter & electas Hechates dilecta puellas,

Discipula Alsinæ cuius bene dogmata sentis.

Iam Libycos reges vinci sua roboratq̄ vna

Decidere omnino cernis, Sacripante perempto.

Galaon vi-
sa strage
Afrorum
quærit Me-
lisam magā
ministra
Vrganae
quam inuē-
tam certio-
rem reddit
de excidio
Afrorū illa
autem iuuo-
cato dæmo-
ne quācūq̄
sime fertur
in domum
Vrganae.

*Seriaca & rege, atq; alijs heroibus Afris
 Quorum ego castra meis oculis, tentoriaq; alta,
 Euerit vidi, iam defensore carerent.
 Haud mora conducit te compellare magistras
 Farfello, velut ipsa soles, euecta per auras.
 Queis memora euentus, atq; Agramantis, ad hostes
 Iam fore conuersam fortunam, Ammone creato,
 Rolandoq; etiam, cum alijs, causantibus ingens
 Excidium, haud speranda salus nisi forsan in ipsis.
 Nondum fatus erat, subito maga femina quando,
 Deposito herbarum studio, dispersa capillos
 Farfellum vocat ore suo, sic fatur & vna.
 Quam conuersa Afris fuerit fortuna tyrannis
 Scis Farfelle modo, atq; vt Gridassus & acer
 Cyrasi, rex, & Rhotamons, miserabile dictu,
 Corruerint bello crudeli morte perempti.
 Ergo feracitum me celsa nube per auras
 Ad Xista Vrganae dominae, Alsinæq; sororis,
 Compellare illas vt quam cito forte periculis
 Talibus auxilium praestent, charos & amicos
 Eripiant, ast interea tu maxime princeps
 Onegij Galaon, mora nulla occurrere nostro
 Grandonio accelera, morti si proximus haeret,
 Quem reducem reddes contrita hac illico gemma
 Cum vino epota, traxi quem viscere caprae
 Caprae, aio, aut cervi si fert vtriusq; figuram.*

Sic

Lapis Be-
zaar.

*Sic fata,oni instar longam porrexerat illi
Ceruleam gemmam, mox seque inmiscuit atræ
Nubi, per celeresque antras euecta, sororum
Ad Xista accessit, sic atque affarier in fit*

Melissa allo-
quitur Vr-
gana &
Alina un-
quas preca-
tur pro
Alis.

*Sat reuenter heras, charæ illustresque, magistrae
Iure mihi, & cunctis celebranda, miror amorem
Mutatum vestrum cum fato impune fuisse
Erga Afros reges, quorum obliuiscier æquum
Non est, reginus vobis, nec Marte supremo
Deseruisse adeo, an miseris fors omnia reddidit
A lueris hoc non oro modo permittite vestros
Enerti, quin conatus intendite prorsus
Tanta ruina vltane reges tendat in Afros
Pluribus occisis procerum, regumque suorum
Iam iam castna tenent inimici excessaque regis
Atria Agramantis, qui iam fugiebat mermis.
Nondum effata fuit, subito srori vtraque sus
Quando sponte sua lachrymis innoxere potentes*

Vergana in
effigie An-
gelice &
Alina cur-
ru equorum
volantium
vehuatur
per aërem
aurigae
Farfello
qui assump-
ta effigie
Rochan o-
tis cunctos
secret & oc-
cidit Celtas

*Alipedeos planctis, ducente per aëra summum
Farfello auriga, effigiem quire regis acerbo
Argelii simulans sese fert seuus onantes
In Celtas curru, dispergit & agmina cede
Assidua, & pariter refugiat terrore supremo
Victribites alas, curruque aduecta videtur
Angelica (huius enim vultus sibi faxit Erietho)
Aspectum cuius cuncti admirantur in ipsa*

Obstupidiq; hærent, donec Milionius heros,
 Albani & montis dominus, venere, puellam
 Quisq; suam ratus esse, ideo comenditur armis,
 Inter eos, Carli subitoq; exercitus omnis
 Spargitur, & belli victoriæ redditur anceps.
 Namq; Vrgana velut tali perterrita casu
 Exilit è curru, Alsina & comitata sorore
 Labitur agminibus medijs fugit auia terris
 Hac, quam cognati heroes, feragutus & illac,
 Sectantur certatim, auidi per devia syluæ.
 Sicut vbiq; canes leporem, damamve fugacem
 Sed modo diuis illos liceat dimittere forma
 Deceptos aliena, ultra in deserta vagari.
 Atq; horrenda iuuet conuertere carmen in arma.
 At Farfellus atrox curru stridente bipenni
 Omnino assimilis Rhotamonti immanis, & acer
 Dilacerat Celtas, fugiunt quem protinus omnes,
 Obstupidi super esse hostem Rhotamonta ferocem.
 Tunc metuens iterum Carlus concludier vrbe
 Hostibus, adiungit primos heroes in vnum
 Dudonem, Oggierumq; & Menodante creatum
 Gryffontem, genitorem etiam, Philomenæumq;
 Morganora acremq; & Orillum, ambosq; superbi
 Rinaldi fratres, Astolphum, Octona parentem
 Anselmum, Naimumq; senem, Berlinguoraq; vna
 Obboliumq; & Aunum etiam, reliquosq; quirites,

Rolandus
 & Rinaldus
 Vrgana vi-
 tam si b ap-
 parentia
 Angelicæ,
 cetera
 ac e loqui
 tur & nati
 ter feraga-
 tas.
 Cognati
 fer ex a.
 le. Julius
 e Rinaldus
 Apollio-
 phe.

Viri-

Viribus atq; animis magnos, ruit inq; ferocem
 Demona, concurrunt contra iam letus Agramans
 Marsyrus, Mantrecarius, Scardassus acerbus
 Lucafer, & natus, Bracardinus, Stordilianus.
 Falsiron, & Grandonius, quem vulnere fecit
 Incolumem Galaon gemmae virtute Melisse,
 Rex & Sobrinus, multa & cum gente Lybanor,
 Et reliqui Libyci renouati ingentibus ausis
 Et validis armis, quorum conflictibus vna
 Innumeri cecidere viri, sonat vndiq; clamor,
 Horror vbiq; ingens, & plurima mortis imago.
 Fragmenta hastarum obscurant volitantia caelum.
 Ac veluti per sudum Eurusq; Aquiloq; repente
 Hinc, atq; hinc Zephyrus furit & Nothus aethera deſo
 Turbine calligant, tellus tremit, atq; fatiscunt
 Robora, tectaruunt, excelsaq; moenia passim.
 Tunc audiri vna. gemitus, vocesq; per auras.
 Haud secus hinc Carlus, Troiani hinc vltor Agramans
 Seuire incipiunt, curru Farfellus in auras
 Tollitur, & terror fit cunctis milite mulco
 Occiso, ne contra illum datur arma mouere.
 Morganore acri, necnon Gryffonte peremptis
 Et patre Oliuero percusso insigniter armo,
 Nobilibusq; alijs partim iam lumine caſſis.
 Partim per grauitex caſſis, quid? cæde ruiſſent
 Chriſticola extrema, niſi mox Malagiffus in arte.

Inſig-

*Insignis magica Rinaldo prole propinquus.
 Necnon Rolando, Farfellum inbiberet acerbis
 Cedibus à tantis, nam contra carmina dira
 Vociferans, cogebat eum cessare virorum
 Cladibus, atq; his dictis evanescere in auras
 Ingenti gemitu, Farfelle ex æthere pulse
 Aëris in mediam regionem? concipis vnde
 Tantos nunc ausus? quales nec ceperat vquam
 Ipse Sathan dux, ille tuus post nempe ruinam
 Ætheris empirei? certe hæc Deus omnia summus
 Iure sinit fieri, quantum sed credere possum
 Non his ex ausis hinc impunitus abibis.
 Dixit & aduersas fatalem iecerat hastam
 In turmas, ferijt lethali & vulnere Machan,
 Machan Sobrini præfectum regis, & illum
 Inde Palatini multa cum gente sequuntur.
 Instaurati animis, fugeret Farfellus in auras
 Quadrijugo plaustro, sed non minus acriter Afri
 Concurrunt armis, vltra & certare laborant
 Pro palma, ad acie in media furit acer Agrani
 Filius, æsiduo accumulât q; cadauere campos
 Rolandum elato & semper clamore læcessens
 O (inquit) fugitiue metu Rolande pericli
 Fortis in inualidos cantatis fretus in armis
 Nunc vbi me presente lates, & semper amore
 Te singis cruciari aliquo, vt vitare duellum.*

Malagillus
 noscens
 Farfellū de
 monem ver
 bis exorci
 zat & fugat

Mätrechar
 tus scuit.

Quæsitum nobis valeas, sic de seris alas
 Magnanimi domini? effantem quem talia nondum
 Sustinuit Britomars quin ocyus ense leuato
 Irruit aduersus Turcham, sic atq; ait, vna
 Percutiens regem galeato vertice frontis.
 Rolandus timidus qui te fugit, vtq; parentem
 Ante tuum Agratum, talem tibi dedicat ictum.
 Dixerat atq; alium simul ingeminauerat inter
 Et scapulas super os latum graue vulnus adigit.
 Ictibus attonitus tantis Agranius heros
 Amisissis loris ab equo ruit impetus ingens.
 Ad Mantrecharti, cæsum ratus esse, ruinam
 Agramans cum Scardasso cum Stordiliano
 Atq; satellitibus multis stipatus adhæsit
 In Britomarta, statim sed concurrere pbalanges
 Celtarum, quarum ductor de vulnere nondum
 Oggier incolumis nato veniebat acerbo
 Stipatus, Britomarta simulq; tuentur ab hoste
 Obsessum, accedens subito sed Stordilianus
 Necnon Scardassus multa cito strage propinquant
 Oggiero, Britomarti, etiamq; in Marte feroci
 Dudoni, quem Scardassus thorace potenter
 Percutit, & ni ictus maiori mole ruisset
 In scutum fortis Dudon egisset in illa
 Flora animam, partem certe quam contigit omnem
 Scuti conflati Calybe argentoq; trilici

Britomars
 percutit M^a
 trechartū.

Percidit, Abdomenq; resultans sauciat ensis,
 Vna Lorica duplici interulaq; Bisontis
 Diuisa, at non idcirco fortissimus heros
 Quadrupedante ruit, contra tamen ocys hostem
 Irruit ingenti furia concitus & ira.
 Non tamen autor erat plagæ quem perculit hostem
 Immani plaga, sed erat Sorganius vnus.
 Cognatus Scardassi acris, tellure cruentus
 Qui iacet at Scardassus eum non vidit, in hostem
 Intentus Britomarta, ardens in Stordilianum
 At Britomars venientem omni cum robore, & ira,
 Opposuit forte scutum mortemq; timendo
 Sic ait, ô cunctis qui alto moderaris Olympo
 Gentibus, omnipotens genitor me ex hoste tuere
 Hoc tanto, vires mihi suffice, nam potes, inquit,
 Omnia, Virgo parens, pro me dignata precare.
 Talibus oranti dictis apparuit alba
 Nube parens virgo calligans Stordilianum,
 Sic atq; ore refert, Britomars oratio iusta
 Exaudita tua est, natus meus audijt vna
 Atq; orantem eadem Carlum, veruntamen isto
 Decretum stat obire tibi certamine duro,
 Ambiguus noli esse tamen quod Gallia vincet
 Et quod caelestis citius potieris in aula
 Perpetua requie nostra cum gente beata
 Sic etiam nostros audimus martiras ipsa.

Britomars
 in cõdictu
 periclitans
 inuocat Vir
 ginẽ diuã
 Mariam.
 Diua Virgo
 Maria in
 medio
 aciei appa
 ret liberã
 Britomartẽ
 sed ei pra
 dicit mortẽ
 in bello
 sed post vi
 tam eternã
 felicitatis;

Morte, tibi sed erit locus hinc migrare videndum
 Florissam Vallumbrosa quam Valle videbis,
 Hac accedentem fido tibi nocte marito
 Cui solamen eris, dein discordesq; videbis
 Rolandum, dominumq; Albani montis, in vnum
 Qui post conuenient iam tandem numinis ira
 Placata, queis discedas ignotus ab illis.
 Atq; iterum ingressus bellum superaberis hoste
 Angelico vnde eborocælum comitatus adibis.
 Talia diua loquens signum crucis indidit ori
 Herois, fulgens celeriq; euauit aura.
 Tum Britomars tanto diuæ insignitus honore,
 Pollicitis sanctisq; hilaris, audenter in hostes
 Tali spe fretus ruit, & Sagarillon acerbum
 Lucaferi fratrem multorum cæde cruentum
 Interimit, dein Odonem, sociumq; Laconem,
 Atq; Perinæum qui religione relicta
 Vera Lucilli genitoris, transijt Afras
 Ad terras vbi mater erat, bello vnde rediuit
 Cum domino Agramante suo, mox atq; necauit
 Vicinos alios hostes, dum Stordilæmus
 Vna & Scardassus stupefacti nube, recedunt
 Ad cuneum Agramantis, vbi fit plurima cædes
 In Gallos, nam Falsiron, Grandonius acer
 Lucafer, occidunt omnes quicumq; videntur.
 Apparere, audet nemo coram hostibus Afris.

Cædes quas
 edit Brito-
 mars.

Tum

Tum Carlus procerum cætu stipatus in illos
 Irruit, & conflictu equitum tremit aspera tellus.
 Plurima trunca volant hastilia, vertitur anceps
 Et pugna, obscurans donec nox omnia grata
 Venerat, atq; acies vtrascq; diremerat vmbra.
 Agramante sua ad tentoria eunte, tyrannis,
 Magnanimisq; suis heroibus. Inde q; Carlo
 Atq; Palatinis, vicinæ mœnibus vrbis
 Paruæ collectis, Britomars at strage cruentus
 Hostium in obscura defessus nocte, quieti
 Vestigans sedem, dum luce albesceret orbis
 Eminus ecce videt deserta per auiam, multam
 Lucem, & proceras valuas ante atria magna
 Excelsæ colle, inferius sed valle virente,
 Dimidia veluti clari sub luce diei
 Ad se accedentem propius, videt ecce puellam
 Stipatam geminis alijs non dispare forma,
 Ad quas miratus Britomars accedit, & inter
 Nouit eas Florissam albam quæ ad prælia dira
 Ire gradu celeri aptabat Britomarta videre.
 Quam cognouit vbi circum sua brachia collum
 Procerosq; humeros atrectans fatur obortis
 Sic lachrymis, Florissa mea hæc deserta ferarum
 Quid lustras? medijs tenebris quæ lumina tanta
 Effulgent circum te, bellas atq; puellas?
 Suspikor, his me ignara locis vaga queris in aspris:

Britomars
 per nocte
 vagans ob
 uis sic lux
 Florissæ cir
 cundatæ
 splendore
 miro cui
 narrat quæ
 ei Diua Del
 para Maria
 inter bellâ
 dum dixit.

Ducta manu diuæ Mariæ sub lumine cuius
 Tendis, vt ipse reor? namq; inter pralia virgo
 Ipsa pavens nobis sub nube apparuit alba
 Excitata meis precibus, cum forte ruiſſent
 In me Scardassus necnon & Stordilianus
 Sicq; affata mihi est, superas peruenit ad aures
 Mente fideq; tibi hæc oblata oratio iusta
 Attamen hoc moriere inquit certamine, verum
 Manes inde pios mox te decet ire supremos.
 Talia dum fatur oculis elapsa refugit.
 Quare ô Florissa ingentis mihi causa doloris
 Linq;ere te, solamen habe, pia mater Olympi
 Regis, erit tecum, tecumq; assistet in hora
 Qualibet, hanc ipsam precibus conflictâ vocabis.
 Conuenit ast hinc ire tui genitoris ad oras
 Lamberti soceri Liddorum & regis Idumes.
 Vitam vbi cum matre & charis cum fratribus vna
 Prouida ages, at si talis tibi vita parentis
 Displicet, accedes charæ Bradagmantis ad urbem
 Massiliam viues vbi religione beate
 Cum vidua Isabella, quæ Bataui fuit vxor
 Zerbini, necnon domina Bradagmante potente
 Massiliæ, nuper quæ proditione perempto
 Rugiero, summo se Christo vouit, omisso
 Hoc æuo fallace, dolo Galaonis & eius
 Fraudibus indulgens, inter Florissa loquentis

Amplexus præ latitia, subitaq; dolore
 Audit, e mortis quæ iam properabat amanti.
 Occidit, & menti sic mox conuersa profusus
 Effatur lacrymis, utinam pia mater & alma
 Empyreï regis, me, non te, è lumine nobis
 Eriperet viuam, medijs & mergeret undis
 Cum patris, æde mei tecum me per freta ponti
 Adriaci tuleras, cur non ibi cœrulus imber
 Me solam inter aquas & saxa latentia torsit
 Piscibus æquoreis prædam, vitulisq; marinis.
 Cur non oppetij gladio decisa Tyranti
 Cum media inter eum necnon te, tela diremii?
 Aut cur non quando te Serpentine precando
 Causa tuæ mortis fueram? sed quid queror amens
 Te viuo tanquam priuato, dulcibus auris?
 Fors Deus orantem me exaudiet, & mihi flenti
 Te modorestituet reducem, si numine verum
 Ambobus decreta manet fors vltima nobis
 (Te moriente etenim celerem quoq; credito mortem
 Esse mihi) sua nunc prorsus sententia fiat
 In nobis, quibus æternam miseratus ab alto
 Æthere det requiem, dum fatur rursus amanti.
 Coningis occubuit clypeo sua candida fletu
 Ora rigans, donec placida inter brachia mœstus
 Amplexans vir eam squammoso ex ære leuauit.
 (Exuerat nondum arma heros quæ ex cæde recente

Rubra tenet) libans & ei sic oscula fletu
 Alloquitur, chara ô coniux successio regum
 Incluta, sic Mariae intacta, summiq; Tonantis
 Spernere decretum hoc adeò lachrymosa videris?
 Fide Deo, frustra neq; me sic flendo fatiges
 Te, neq; sic cruciere, Deus si talia mandat.
 Virgine quin tanta nati mandata ferente
 Despectis gaude saeculis mortalibus istis
 Dixit, semianimemq; pio sermone puellam
 Vxorem hoc reuocat, comites eademq; subortis
 Nec minus exorant lachrymis, tandemq; propinquans
 Apparenti arci, ornato imponuntq; cubili
 Florissam, solans monitis caelestibus illam
 Interea, lustrante polum iam sole corusco
 Menodantiades sanctis proficiscitur ausis
 In castra, aurora at prima deserta per ampla
 Errans ecce videt exigui de culmine montis
 Heroas geminos lata discurrere sylua
 Certatimq; sequi vertentem terga puellam
 Quos fore Rinaldum, nec non Milione creatum
 Agnoscens, quamuis inuitus liquit amantes
 In sua abire ambos fallacia vota, sed ille
 Dum certamen adit seuum, moriturus vt alto
 Numine decretum est, Milionius anteit heros
 Albani montis dominum iam iamq; videtur
 Angelicam fictam cupide attrrectare sinistra,

Britomarsi
 longe pro-
 spicit Rolā
 dum & Ri-
 naldum cō-
 tendentes
 pro Angeli
 ca ficta sed
 eos omittit

Quando

Quando intermedius subito en Albanus heros
 Impete vectus equi ruit, atq; ita fatur ad ipsum
 Riualem iratus, semper contrarius acer
 Cur nobis Rolande paras, ut auunculus, esse
 Iam pridem scis, Angelicam, violentus habere
 Quam conaris, amem, precor hinc absiste precari
 Inuita, non te ipsa quidem sed me ardet amando
 Inq; vicem gaudent mecum, conuertit ocellos
 Ecce mihi gratos, nolentem desere, plures
 Inter nos lites nec sint, victoria Carli
 In quibus interea spes est si aspirat ab alto
 Omnipotens genitor, per quem natumq; coeuum
 Testor & afflatum sacrum, quæis regnat in vnum
 Virgineam & matrem, si te hanc de amare puellam
 Antea nouissem, prius hos ingurgite vasto
 Immerissem artus quam de te rerer amicam
 Eripere, aut de tuum primum frustrarer amorem.
 Affantem Milione satus plura atq; parantem
 Dicere, nequaquam potuit tolerare, sed ira
 Percitus, o (inquit) scelerate & perfide quare
 Sic loqueris? vis & falsum sub imagine veri
 Afferere? à quot eam dicas vir prauè diebus
 Pre me nouisti, nonne illam primus ab oris
 Assyrijs huc attuleram te absente, diebus
 Quando illis tibi nota fuit? nunc ergo volenti
 Arma tibi parua arma iuuat me sponte referre

*Angelicam dimittere enim tibi morte valebo,
 Dixit, & inuitus prauam dimisit Erictho
 Et pedes ense mero (Briadorum namq; ligarat
 Arboris ad truncum) sat sic adipiscier amens
 Estratus Angelicam) ruit, haud secus ante inuencam
 Quam cum taurus amans riualem cornibus hostem
 Pronocat, atq; ferox mora nulla obuoluitur illi,
 Rinaldum contra, imparibus qui noluit hosti
 Armis congregier sed equo mox impiger heros
 Exilit, inq; vicem Fisberto inuadit acuto,
 Et pugna inter eos atrox committitur, ignis
 Aëra scintillat circum ex fulgentibus armis
 Hoc Vrgana nocens discrimine gaudet & optans
 Vtriq; interitum, Rinaldo infestior ante
 Apparet, nunc atq; vni, nunc vertit & ora
 Grata alij sic atq; vtrumq; inflamat Erictho,
 Quisquis enim illius contendit fretus amore.
 Atq; ideo maiore odio contenditur armis
 Inter eos aequali adeo certamine, vt horis
 Multis nulla foret victori nota dr obus
 Inuita Vrgana, donec Feragutus Iberus
 Pergeret hac & amans simili deceptus amore
 Vrganam ante ambos raperet, velletq; potiri.
 Attamen illa timens Feraguto ex hostibus aufert
 Tam validis, secumq; illum deducit ad imam
 Speluncam pariterq; imponit ad oëlia, pandens*

Vrgana in
 einge An
 gelicæ co-
 ram Rolan
 do & Rinal
 do contem
 dentibus
 pro eafe
 tradit Fera
 guto.

Annulum ab Alfiua quem cepit dira sorore
 Hec & ab Angelica bellacum fraude doloq̃.
 Ergo Palatini vertentes lumina, postquam
 Angelicam nusquam viderunt, Marte seroce
 Propter eam flagrant, effrenes cuius amore
 Per latam accelerant syluam, sed non tamen vsquam
 Angelicam cernunt, donec maga femina rursus
 Inflammans amborum animos sub imagine ficta
 Appareret eis, Feraguti, brachia circum
 Colla tenens, cui libabat simul oscula chara.
 Quos sic coniunctos, vbi prospexere, quirites,
 Ardet vterq̃ ira, mora eis & longa videtur
 In Feragutum vna gladijs incurrere, quare
 Electos iactant enses mox eminus hosti.
 E statione abiit citius Feragutus, acutum
 Et Durlinthinum rapit enssem (si inter opacas
 Delituit salices alter ditissimus ensis)
 Vt Feragutus eos, gladijs sine, vidit inermes
 Se contra ruere arreptis immanibus aspris
 Saxis, instar erant montis quæ culmine postea,
 Nec minus inuadit, gladio exultatq̃, corusco
 Rolandi, si Vrgana suam simulata figuram
 Farfello dedit, at demon reuocatus ab ipsa
 Carminibus subito accedit super aere vectus,
 Arrepto & gladio Feraguti atq; ora tyranni
 Argelli asimilis mox auxiliatur libero

Hæc i. Alfi
 or.

Farfellus
dæmō opē
fert Feragu
to contra
Rolandū &
Rinaldum,
sed eos tue
tur Ange-
lus custo-
diæ: istu
Farfelli
Tartara
aperiuntur.
& heroes
stupidi ca-
dunt.

Pagano, pariterq; ruunt, iactataq; saxa
Farfellus procul exigua disiecerat aura,
Aduersusq; Palatinos tam fortiter ense
Vibrauit, custos vt ni fors Angelus illos
Protegeret, ruerent laceri sua corpora prorsus,
Nempe interpositum saxum quod rupis vt ingens
Stabat ibi, medium dæmon diuisit ad ima
Tartara, terribili tremuit densissima sylua
Ictu, apparueruntq; simul spectacula dira
Monstra fera, occubere ambo, Feragutus, & vna,
Non Vrgana tamen, quæ ipsum Feraguton arena
Attonitum erexit subito & renocauit ad auras
Concretis succis herbæ quos ante paratos
Ad similes vsus secum sub veste gerebat.
A tanto strepitu atq; vmbri horrentibus ambo
Ambo Palatini priuati luce ruerunt.

Nec Feraguto vsquam Vrgana poterant ve videri

Angelus in
profundū
Tartari pro
pellit dæ-
monem &
coram lu-
mine diui-
no. Detegi-
tur vultus
fædus & ru-
gosus Vrga-
næ qua viā
effugit Fe-
ragutus.

Farfello coram Angelico fugiente tremendo
Aspectu, verum mox impiger Angelus illum
Quadrupedesq; eius pennatos iecit in ima
Tartara, deposita effigie Feragutus, Erictho
Interea agnouit (patuerunt omnia namq;
Illic diuino subito apparente ministro)
Ast vbi rugatos vultus, longamq; senectam,
Vidit Iberus ibi, simulataq; funditus ora
Angelicæ, puduit deceptum se esse, simulq;

Horrescens fœdos vultus perterritus, vna
 Tartareis monstris, celer effugit ocyus haud se
 Plus potuit cohibere, malam nec se ratus horam
 Præcauisse illam, retro conuertit ocellos,
 Atq; ad Marsyrium maturat adire tyrannum,
 Atq; Agramantem, sed equum vestigat vbiq;
 Baiartum, sed Baiartus velocior Euro
 Albani montis dominum dum quærit in urbem
 Leucoteæ ingreditur, cuiquam parere recusans.
 Ast Artur senior Merlini egressus ab antro
 Bubulci in forma vidit Feraguton & vltra
 Viganam, sed non nouit deceptus, Erictho
 Errantem ratus Angelicam fore, nempe figuram
 Est iterum mentita suam maga fœmina, quæ nec
 Arctura nouit, eam tacitus sed præterit Arctur
 Tandem accedit vbi sensu sine vterq; iacebat
 Heros Rolandus, nec non Ammone creatus,
 Plagarum non immunes, quos nouit vt Artur,
 Vitis Idumææ succis reuocauit ad auras
 Talibus & dictis castigat, adusq; quirites
 Dilatatis opem qua regi occurrere vestro
 Debetis tanto in discrimine? nonne sat amplum
 Tempus amando ambo absumpsistis Marte relicto
 Decepti bella Angelica? quam nuper Iberum
 Falsione satum vidi sectarier illo
 Depectans fugiebas enim quasi territus omnem

Arthur de-
 ceptus Eric-
 tho i. Vri-
 gana quia
 in eugie
 Angelicæ
 errabat
 accedit lo-
 cū vbi erāt
 Rolandus
 & Amaldus
 stupidi dz-
 monis stre-
 pitu quos
 opobalsa-
 mo ad vitā
 reuocat &
 eos verbis
 impugnat.

Per

Per sylvam; puniti ideo iam numine diuūm
 Desidiam ob tantam menti conuertite vestrae
 Hacq̄ venite (inquit) mecum, sic fatur & ambos
 Arripuit manibus, quos ducit semisopitos
 In fontem Merlini, odium qui excitat amanti,
 Quo postquam biberant fit mox oblitus vterq̄
 Angelicae, contraq̄ odio stimulantur in illam
 Inq̄ vicem se complexi execrantur amori
 Assiduo, ardentiq̄ adeò, regiā Britanno
 Gratantur, tanta pro opera, donoq̄ salutis
 Et iurant se de bello non ire feroce
 Donec Agramantem vincant, Libyesq̄ potentes,
 Aut moriantur ibi, sic heros iunctus vterq̄;
 Enses inquirunt, & equos, quae protinus Arctur
 Ollis obtulerat, certe Briadoron, & ensē
 Durlinthinum acri Rolando, Ammone creato
 Sed Fisbertum, vna & furtiuum quadrupedantem,
 Baiartum certe Astolphus seruabat in vrbe
 Leucotea elapsū medijs ex hostibus Afris.

LYRAE HEROYCAE

LIBER DECIMVSTERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI XIII.

Bellum inter Celtas, & Afros, nunquã intermittitur, Britomars multa facta hostium strage interficitur à Mantrecharto, cuius manes pij à Diua Virgine in cælum leuantur magno Angelorum concentu, & iubilo, quo audito rex Sobrinus sacro baptismatis fonte alluitur. Ballugantus interficitur à Rinaldo, cæterum Rinaldus ipse, & Richartus, saucij cadunt, Rolandus vero & Mantrechartus obuiam sibi exeuntes inter se fortiter dimicant. Vrgana autem, & Alfina sorores quæ inconspectæ inter acies errabant, videntes se non posse opem ferre Afris, ingenti fugiunt tumultu, & turbine, quo subito arripiunt Rolãdum, & Mantrecartum dimicantes, eosque in obscurissimum projiciunt lucum, vbi Rolãdus interficit Mantrecartum, qui cum interfectus caderet in imam vallem frequentia arborum circumseptam, à Rolando victore nequaquam reperiri potest. Interea reges Afri videntes suorum iacturam, suasque res indies labefactari, su
per

per fugam consulunt, contradicit Feragutus, alijque fortes, fiunt induciæ inter reges, vt superfit tempus humanis cadaueribus, & faucijs medicandis. Interim Rolandus corpus Mantre carti nequaquam inueniens, viuum euasisse suspicatur, idcirco putans se victoria frustratum, & neque ob luci tenebrositatem viam reperiens, indignabundus adsciscere sibi mortem vult, se tandem cohibet. Interea Sophrosine virtus fulgore illustrata æthereo, ad eum accedit, manibus gestans calathum plenum pomorum Paradisi orientalis, quibus Rolandum viuificans se esse virtutem Sophrosinen declarat, quoque pacto è cælo descenderit solatura ipsum adhortaturque, vt relicto amore lasciuo, se suæ coniugi Aldæ conciliet, certioresque eum reddit, Mantre cartum sibi interfectum cecidisse in vallem profundam, vbi ipsa eum absconderit, ne ipse Rolandus hostis superati exuuijs superbiret, siquidem tantæ victoriæ gloria Deo tribuenda sit. Tandem ei exhibet galeam, & Chimeram Mantre carti, vt talibus hostis exuuijs Carlus & Palatini certi de victoria nequaquam ambigant, Rinaldoque & Richarto lethaliter faucijs, illa mala aurea quibus pristinae salutis restituantur, propinet, quem, postquam sic locuta est versus

Sophrosine
tēperantia.

Par-

Parrhifios ducit, moxque ex eius oculis euangescit.

ALLEGORIA.

CHristicolis facundam prosperamque in bello contingere fortunam, intellige, quod ubi principes fideles penituerit suorum scelerum ab eisque purgati se Deo conciliaverint eorum res bene fortunantur in melioremque conditionem vertuntur, cæterum sub personis Virganzæ & Alfinæ quæ cognita ruina imminente Afrorum cum tanto turbine fugiebant, intellige, quod dæmone incitatore fugato propter peccatorum penitentiam, & vitam selectiorē, potentiæ sensuales suum pristinum amittunt vigorem, & irritamentum, sub persona Rolandi nequaquam inuenientis iter in illo obscuro ludo, neque cadauer Mantrecarti, ut eius spolijs & victoria potiretur, & pro Sophrosine virtute quæ ei apparuit, intellige, hominem qui tibi ab errorum contagijs quo ad noxam & culpam, non quo ad pœnam solutus est, pristini erroris pœnas luens, nonnunquam ab inani gloria & humana utilitate, nonnunquam à desperatione irritatus, recedere à via salutis tentatur. Cæterum diuina virtus superueniens charitatis & gratiæ

Dd donis,

donis, peccatorem à tali tentamento, à suisque
contagijs liberat, & tandem suorum operum
præmium ei exhibens, ostendit viam ad salutē,
Sophrosine virtus, est temperantia & frugalitas
contra actus concupiscentiæ, idcirco Poëta in
eius persona inquit,

Sum sua magna virago

Sophrosine, Veneris quæ prima coërceo natum

Includoq; atris tenebris suaq; aurea frango

Tela manu.

Tandem Sophrosine omnis virtus intelligitur,
medium enim est inter extrema, sicut liberali-
tas est medium inter prodigalitem, & auari-
tiam, fortitudo inter timorem & audaciam, id-
circo dixit Horatius.

Virtus est medium vitiorum vtrinq; redactum.

LYRAE HEROYCAE LIBER DECIMVSTERTIVS.



*Rgo Palatini celeres in castra propinquant,
Ardentes secumq; ira ingrediuntur in atrum
Certamen, Mars seuis vbi sua robora pandit.*

Hinc Agramance, hinc nato certante Pepina,

*Britomar-
tis strages.*

Millibus in medijs Britomars defendit ab Afris

Agmi-

Agmina Celtarum prostratis vndiq; multis
 Hostibus, ast alio iam fors vocat vltima vite
 Ut prædixit ei, David pia filia virgo,
 Namq; ingente ira ardescens Agranius heros
 Ob validum vulnus, quo Menodante creatus
 Icit eum scapulas inter, vestigat vbiq;
 Hostem magnanimur: quem multa strage cruentum
 Prospicit, aduersi & figentem viscera Tauchli,
 Tauchli, Agramantis præfecti, & fortis in armis,
 Qui temere in congressum eius speculatus ab alto
 Culmine per medias rumpebat fortiter alas,
 Ast illum non iuuerunt fortuna nec ausus.
 Vertice nam galeæ fortem Britomarta feriret
 Percuteretq; armo, Britomars mediastinum inter
 Transiecit gladium, nil proficiente metalli
 Lorica Tauchlo, occubuit qui protinus inter
 Quadrupedes, animam lethali vulnere fundens.
 Victori Mantrecartus præferuidus ira
 Accessit, sic atq; loquens, præcordia fixit
 Immani hastili, thorax nec squammifer ictum
 Detinuit, sed nec potuit, te vulnere ab isto
 Liberet, atq; vtinam veniat modo tantus amicus
 Ille tuus Milioxe satus fugitiuus amore.
 Sic satus corpus nitidis spoliariet armis
 Dum parat, angelicis resonans en vocibus alma
 Virgo parens corpus circumdat nube corusca,

Virgo filia
 David. i.
 Virgo Mar-
 ter Dei que
 est de stirpe
 David.

Mediastinu
 membrana
 est interier
 thoracis.

Mantrecar-
 tus interfi-
 cit Brito-
 martem.

Virgo Dei-
 para susci-
 pit ania à
 Britomar-
 tis.

Calligans cunctorum oculos, spirantis & illa
 Suscipit hora animam, secumq; (ut dixit) in auras
 Æthereas tollit, sublimisq; aëre cantus

Auditur, qui aderat tunc rex Sobrinus eadem
 Parte feri belli, dum cernit talia mira.

Dum stupet in nube aetherea, angelicoq; boatu,
 Mox sacros latices petit, haud mora spiritus almus
 Ardet eo, ut supero iam fiat alumnus Iesu,
 Atq; ad Oliuerum qui illac ingentibus ausis
 Irruit, accedit, duplicato popliteq; inquit.

Sobrinus
 rex vides
 miraculum
 sacro affla-
 tu inspira-
 tus, magno
 feruore pe-
 tit aquam
 baptisimi.

Confiteor verum esse Deum cum pectore toto
 Atq; hominem Christum pro nobis vulnera passum,

Confiteor quod vos omnes Ecclesia Christi

Asseritis, cognosco etiam me errasse diebus

Pluribus ignarus, quare nunc fortis Oliuer

Ex his me eripias flammis instantibus Orci.

Quas extingue, precor, sacratis calitus undis,

Ex hoc me educens bello ad delubra salutis,

Haud requiesco sacro donec in gurgite mergar.

Affantem cito Oliuer eum è tellure lenauit,

E medioq; equitum bellantium substulit enans

Latitia, inq; suo susceptans quadrupedante

Duxit in imam vnam vallem sub rupe supina

Inferius iaculante undas, quas vertice fudit

Olli sub Triados vocali neuine summe.

Interea aduentu Rolandi, vnaq; potentis

Rinaldi, Celtis vires renouantur, & ausus
 Marmaridas contra atq; ruunt maioribus armis.
 Rinaldus medios hostes furit inter, & illos
 Cedibus affligit multis, Resafinon adusq;
 Diuisit thoraca, statimq; occidit Olandrum
 Regis Apolloniæ ductorem, rex vbi vero
 Ipse Lybanor eum vidit cecidisse peremptum
 (Primus enim ductor suus ille erat, & super omnes
 Charus ei) sese nequijt cohibere furore
 Percitus, Albano heroi quin fortiter hastam
 Contorsit, medio & confixit pectore, verum
 Mucro ultra costas non transijt ere trilici
 Sistenti nimium, at longe iaculante cruorem
 Diuisa arteria vulnus lethale Lybanor
 Credidit esse hostis, nam viso ita sanguine demens
 Exultat, meus hoc te vulnere charus Olander
 Immolat, & de te sumit me autcre perennem
 Vindictam, affantem sed contra Albanus heros
 Talibus incedens dictis, humerum scidit vna
 Cum dextra, armatura acris nil profuit illi,
 Quin potius tibi præstiterit comitarier atra
 Tartara adusq; ipsum, ne solus vadat, amicum
 Mox vt Apollonij dominum videre cadentem
 Quadrupede in terram, chari prope corpus Olandri,
 Atq; ruentem in se Rinaldum nec minus armis
 Ardentem, plaga quanuis fundente cruorem

Rinaldus
 fruit in
 Alros.

Rinaldus
 interficitre
 gē Apolloniz.

*Vitalem, campo pauidi dant terga relicto.
 Pone subit Rinaldus eos, impuneq; cedit
 Fisberto, Astolphus donec Palatinus vt illum
 Sanguineo vidit rorantem praeliarino
 Accessit cobibens illum, & sermonibus istis
 Castigans, Rinalde diu mihi mortue, tantum
 Quid sanguem fundendo, mori vis denuo nobis?
 Nonne tuo cernis quantus depectore sanguis
 Profluat? ô ignare tui pariterq; tuorum.
 Hæc alia atq; loquens potuit cobibere furentem
 Cædibus à tantis, dudumq; auertere bello,
 Et mox imponens digitum, cruor illico, venæ
 Sistitur, inuentaq; heros radice fouetur,
 Buglosum, Cui folia aspra triplex cui, caulis nascitur asper.
 Certamen redit atq; iterum plus letus, & audax,
 Baiarto inuento, Astolphus quem præbuit illi.*

Rolandus
 multas e-
 dit strages
 & tandem
 cõgreditur
 cū Mantre
 carto.

*Interea Milione satus non cæde quiescit
 Assidua Afrorum, sed campos strage virorum
 Replet, & Agrani natum non cæde minore
 Arma cruentum exit contra, atq; insignia patris
 Agnoscens sic affatur, tua vota sinistra
 Mantre carte adsum Rolandus, patris Agrani
 Occisor, quem tu toties reprehendis amantem,
 Et timidum bello in medio, non me tuus olim
 Expertus pater est talem, quo maior in armis
 Non eris ipse, reor, sic fantem Agranius heros*

Hostem

Hostem magnanimum operiens ita saeuus in illum
 Vertitur, inspecto ut coluber cum faucibus eius
 Offensore tumet, tollensque volubile pectus
 Sibilus, horrendosque oculos à sanguine rubros
 Irruit, implicitusque vna conuoluitur hosti,
 Filius Agrani non secius ense leuato
 In Milione satum cum tanta mole ruentem
 Fertur, aitque alto clamore, ego patris Agrani
 Interitus ultor sum Mantrecartus, et illum
 Te necuisse dolo haud æquo certamine, dico,
 Rolande inter oues humiles gentesque superbe
 Et non heroes inter sic fatus vterque,
 Ictibus horrendi accelerant, quorum arma videntur
 Fornace incudi, magno obscurantque tumultu
 Vniuersam aciem, inflammant atque æthera claro
 Fulgore armorum clypeis resonantibus alte.
 Ex vtraque acie medijs se opponere vellent
 Heroes, tantoque ipsos differre duello,
 Verum nemo audet, magnam incenduntur in iram,
 Arma mouentque ambo contra differre volentes.

Interea excidium Afrorum prope adesse necemque
 Agrani nati cernens Alina, sororem
 Alloquitur lachrymans (presens erat vtraque bello,
 Visibilis nulli) soror o gratissima fletus
 Tristitiamque animi nequeo simulare videndo
 Marmaridum reges vinci, infœlicis Agrani

Dd 4

Certamen
 horrendum
 Rolandi &
 Mantrecarti.
 Mira colla-
 tio à colu-
 bre.

Alina vi-
 dens Afro-
 rum immi-
 nentem rui-
 nam conu-
 lit suam fo-
 rorem Vr-
 ganam de-
 ope ferèda
 Mantrecar-
 to & Afris.

Et

Et natum, ante oculos quem iam nunc duco peremptum.
 Quare si qua via est (certe mihi clauditur omnis)
 Aspirare velis precor, his maiora profecto
 Te fecisse reor plus casibus insperatis.
 Germanam affantem ne quijt tolerare dolore
 Prae nimio Vrgana in lachrymas quin tota soluta
 Talia voce refert, luce ô mihi charior ipsa
 Germana, ista dies non est quae erat antea nobis
 Quando magis vti cum libertate licebat,
 Discordes propter primos heroas amantes
 Illicite, nec non propter sua adultera vota,
 Tunc etenim fuerat nobis occasio, nostris
 Apta exercitijs, tunc artibus apta dabantur
 Ocia, & insidijs nostris locus amplius erat tunc,
 Farfello iussis nostris parente, deisq;
 Tartareis, sed nunc se conuertentibus vltro
 Christicolis celi supero, summoq; Tonanti,
 Delitijs spretis nostris queis pror sus vterq;
 Irretitus erat heros, iam in Tartara misso
 Farfello, atq; alijs plerisq; sodalibus eius,
 Deficit imperium nostrum, perit ampla potestas
 Nostra modo, & ni carminibus vis vlla maneret
 In nostris, quibus & manes reuocamus ab imis,
 Demonas atq; aliquos, tantum responsa daturus.
 Et quibus humanos oculos sub imagine ficta
 Decipimus, nostris detectis fraudibus, vna

Vultibus & nostris manifestis ante cateruas.

Ludibris perissemus crudeliter ambæ

Dilacerandæ omni populo, illudentibus ora

Omnibus, & nudata, nefas miserabile, membra

Quæ timeo, nec adhuc secura viuimus hora

Hic scilicet instamus, fors Angelus ille Michael

Qui Farfellum & equos alatos iecit in ima

Tartara, nos reliquo cassabit numine paruo.

Idcirco spretis alienis illico curis

Ob quas iacturam nostri sat fecimus ambæ,

Conuenit hinc migrare, vna tentoriaq; Afrum

Deserere actutum, dum sic affantur & ora

Fletibus assiduis lacerant caligine opertæ

Carmine densatæ nubis, cum ingerte tonitru

Labuntur, per Sauromatas, terroreq; vasto

Prætereunt, & Aritandem æquatoris in vrbe

Tecta locant, ast interea stupefactus vterq;

Heros, Agrani natus, Milonius heros,

Circuituq; omnes, strepitu, & caligine nubis,

Cessauere suo, certamine, circiter horam,

Dum Carlus paribus bis sex stipatus in acrem

Agramanta suam ambiguan conamine toto

Exercet pugnam, magnam facit Oggier Afris

Stragem, Sidoniæ pariter rex atq; Richartus,

Et Philomenæus, leo vti qui multa trucidat

Corpora, Panchranum, Raianum etiamq; giganta

Vergana del
perans do
sua & Afro
rū salute cū
forore etia
git.

Aris vrbs
quæ astrolo
gi dicunt el
le sub æqua
tore. i. sub
æquinoctia
lt. Concilia
tor ditte. 67

Mantrecar
tus & Relã
dus strepitu
facto ab Vr
gana obstu
pidi reddū

Narbataumq; truce[m], Darbathaenq; prophetam
 Mahumetes, sibi qui multos promiserat annos
 Atq; Agramnti de Carlo rege triumphum,
 Cedibus his, alijsq; ferox vir doricus exit
 In congressum acris Feraguti, qui dabat atræ
 Corpora multa neci, cuneumq; fugabat acerbis
 Ictibus, aduersorum equitum nemo audet in illum,
 Sat campum facit assidua sed cæde relictum,
 At Philomenæum se contra vt vidit euntem
 Per uelocē gradu vibrantem hastile cruentum
 Præuenit hunc, vt aper, venatorem eminus vnum
 Se statione sua conantem inuadere ferro
 Dentibus infrendens, valido venabula dorso
 Excutit, inq; hostem conuertere terga parantem.
 Corruit, & rostro quodcunq; intercipit atrox
 Dilacerat, non ipse aliter Feragutus Iberus
 In Philomenæi occursum proceat acutæ
 Cuspidis immani pinu quam præbuit illi
 Actutum fidus Lamphuse matris alumnus
 Bencalifas, conflictu ambo cecidere sub vno,
 Frustra per innumera in cælum volitantibus hastis,
 Ocyus æquali surgunt in tempore fortes
 Heroes in equis, & agunt immane duellum
 Vasti adeo, superent equites vt quosq; gigantes,
 Ictibus & crebris feriunt se comminus ambo.

Ancipitem pugnam spectant, hinc magnus Agramans,
 Hinc Carlus, belloq; iubent cessare cateruas
 Et primos proceres, donec fatale duellum
 Finitum ambobus fuerit, Feragutus at hostem
 Percutit in capitis supremo vertice, fortis
 Ensis per galeam penetrat, durumq; bisontem
 Et partem capitis terram deiecit in imam,
 At Philomenæus lethali saucius ictu
 Ingenti ardescens ira leuat ocys enses
 Obiectum in geminas partes ancileq; prorsus
 Diuidit, cre licet triplici duroq; Orichalco
 Conflatum foret interius & pelle ferina.
 Tantis & ictus equi armatum penetravit ad armum
 Cum femore & diuisit, equus tam vulneris acris
 Impatiens, fertur rectus sublimis in auras
 Cum Feraguto ipso magnoruit impete, cuncti
 Vndiq; clamorem tollunt, certamen vtrinq;
 Et renouatur atrox, Philomenæumq; peremptum
 Ancilli ducunt Vgon, fortisq; Richartus,
 Pluribus extra aciem lachrymis, magna inde ruina
 Immaniq; ictu attonitum Feraguton, Iberi
 In pyrgum inde suum eiecerant ex ore cruorem
 Sanguineos voluentem oculos in sidera, ducunt.
 Interea reges, Carlus stipatus vbiq;
 Militibus, rex Agramans cum Stordiliano

Feragutus
 interficit
 Philome-
 nezum.

In Pyrgum
 i. tentoriū.

Cum

Cum Falsirone & Scardasso, vnaq; feroce
 Cum Ballugantho, Alzartho, sauo atq; decoro.
 Cum validisq; alijs, visuq;, armisq; superbis,
 Cœdibus instaurant acies maioribus, ale
 At Carli iam deficiunt tam robore vasto
 Afrorum, Dudon cecidit, pariter eius & vna,
 Impulsu bastarum cecidit sed mortuus Vgon
 Alzarthum Sansonellus percusserat acri
 Vulnere, humiq;, simul strauit, sed Stordilianus
 Haud mora, Sansonellum alio prostrauerat ic̄tu,
 Inq; fugam versus Carlus foret, acer Oliuer
 Indomitusq; Richartus ibi nisi protinus ausis
 Grandibus irruerent, mox qui Agramanta tyrannum,
 Ballugantum etiam, Scardassum, Stordilianum
 Detinere suis validis congressibus, vna
 Ictibus & densis gladiatorum, deniq; magnum
 Impetum in horrendos armis fecere gigantas.
 Falsirona, vna quorum impediere sodales.
 Lucaferum, & natum, Oggierum spoliare parantes
 Et Dudonem armis, qui campo forte iacebant
 Haectenus attoniti, sed eis occasio talis
 Surgendi dedit apta locum, qui semisopiti
 Lucaferum aduersus & Falsirona propinquant.
 Iuncta Palatinum spargentes agmina densis
 Vulneribus, queis cum gladijs impune resistunt.
 Ballugantus atrox dominum ferit ense Viene

In scuto, partem contactamq; eicit omnem,
 Et bene si gladius forte attingeret illum
 Vitales flatus extrema effunderet illa
 Mox hora, celeri aut heros salit impete retro,
 Actutum ruit inq; acrem velocius hostem,
 Et ferit, ille velut rupis immobilis extat
 Horrendamq; fremens omnes simul ictibus hostes
 Inuadit, necat atq; Rhoan, Oduardon, & acrem,
 Audacemq; Egibardon humi prosternit, & Aldum
 Per medium scidit innumeroq; cadauere campum
 Replet, Oliuerum nequius sed forte ferire
 Voce vocat magna, non segnis marchio contra
 Obuius ire parat, medio sed corpore multo
 Interiecto, hosti non tam cito adhasit acerbo,
 Quin prius Albani dominus properante ab actis
 Hostibus ad Ballugantum tot caele cruentum
 Hereret, taliq; gigantem voce teneret
 Cadibus à tantis, canis impie siste, fidele
 Deuastare pecus, dominus quod possidet altus,
 Te nunc perpetuos citius missurus in ignes,
 Sat functum officio diuini numinis ira.
 Dixit, & ingenti clypeo, quasi totus opertus
 In Ballugantum vibrat fortissimus eusem
 Fisbertum, galea connexa trilicia primo
 Ictu prociderat, simul è ceruice cruorq;
 Exilit, ingenti fremitu replet aethera saeuus

Vir Ballugantus, scuto & post terga relicto
 Arrepto ambabus manibus sic percutit ense
 Rinaldum, clypeo super ut diuiserit illum
 In femore efficiens vulnus graue, sarcinus ictum
 Rinaldus tanto prorsus labat, atq; ruisset
 Ferme ex Baiarto qui mox animosus & acer
 Baiarto erigitur sed non cessabat acerbus
 Tum Ballugantus nam alium nisi protinus ictum
 Non excepisset clypeo fulgente Richardus,
 Lethali plaga caderet Rinaldus arena.
 Non incassum etenim gladius super inscidit arzum
 Scutum sitoto absciso tellure Richardum
 Strauerit, haud paruo sub m̄ama vulnere facto.
 At Rinaldus equo fratrem cecidisse cruentum
 Prospiciens furia excitus ferit ocyus hostem
 Vulnere duro, adeo super ilia viscus ad altum
 Et gladius penetrans septum plagarit, & hepar.
 Horrenda Ballugantus tum voce leuata
 Occidit ingentis turris vastissimus instar,
 Tanto quadrupedes strepitu fugere pauentes
 Circum vtrinq; acies, pauido Agramante suisq;
 Principibus, Balluganti nece, vertite carmen
 Calliope ad cunctum quo pugnant fortiter acres
 Et Milione satus, nec non & natus Agrani,
 Turbine dispersa magicisq; tonitribus ala
 Vtraq; hostili, stupidus Rolandus, & atrox

Rinaldus
 necat Bailu
 gantum.

Mantreartus equis fugientibus, ecce repente
 Se simul obscuro luco reperere sub alta
 Rupe, ubi terribile instaurant certamen, in oris
 Auditur longis fragor ex fulgentibus armis,
 Filius Agrani super armum feruidus ira
 Percutit Anglanti dominum, verum arma teneret
 Incantata, nihil sciderat, sed robore magno
 Ensis adactus eum citius prosternit arena
 Semianimem, domino sed equus Briadorus adhæsit,
 Ore ad aperto abigens validis & calcibus hostem
 Iam peditem, gladioq; parantem abscindere fauces
 Rolandi, defensus equo tamen ille parumper
 Haud mox surrexit pedes in peditemq; ruentem
 Irruit, & Durlinthino galeam super hostem
 Percutit, atq; ictu galeam penetrante trilici
 Puroq; ære ratam lethali vulnere cæsus
 Occidit Agrani natum tam fortis & audax
 Bellator, quem proceri exceperere cadentem
 Roboris horrentis rami, nec vidit opertum
 Frondibus & ramis illum Milionius ultra
 Obscuris lucis, ast inuestigat, agitq;
 Ne quicquam hac illac Briadorum, nec putat hostem
 Occubuisse metu, sed se abscondisse frequente
 Robore, namq; inter frondosas sæpe latebras
 Sæpe inter querit furibundus lustra ferarum,
 Nec reperire potest. At iam nox atra colores

Tumula
 magico Ve
 gna & io
 toris effu
 gientiam,
 equis fugie
 tibus Rolã
 dus & Man
 treartus se
 subito inue
 niunt in ob
 scuro luco
 ubi suum
 certamen
 frequentat

Rolandus
 interficit
 Mantreartum
 cuius
 equus
 caduerit
 equis reperit

Digressio
ad bellum
Carli & A-
gramantis.

Afri redu-
sti in suis
tentorijs
de fuga cō-
saluat.

Feragutus
& fortes
Afrorum
fugam pro-
hibent.

Obscurans rerum ruit, & satus ille Pepina
 Et rex Agramans bello pare cæde videntur
 Cedere, sed plus tristis abit tentoria natus
 Troiani, nec de bello bene sentit Iberus
 Marsyrius, iam Balluganto, alijsq; peremptis
 Heroibus, toties cernens & deniq; palmam
 Ereptam è manibus, sic per tentoriam murmur
 Non leue habebatur, sunt quos tuet ire Arelatem
 Urbem, ubi & arma mirum, lassos reparentq; vigores,
 Iam, neq; adhuc viso sententia Mantrecharto,
 Firmatur, fletusq; ingens sonat vndiq; castris.
 Suspicionem eius mortis pro quo flet Agramans
 Flent proceres quanquam incerti dubijsq; cruenti
 Illius interitus, donec Feragutus Iberus
 Vix Philomenæi valido rediuius ab ictu
 In medio procerum coram Agramante resurgens
 Sic loqueretur eis diuino numine motus,
 Quis metus? o reges Afri & tu maxime nate
 Troiani, sic velle iterum conuertere Celtis
 Terga puellarum more, & dare robur & ausus
 Hostibus? an in nos Arelates mœnibus urbis
 Inclusos, maior Clades non fiet ab hoste?
 Præterea cedatis eis quæ causa mouet vos.
 Rege Lybanore occiso, nostra occidit vna
 A dextra Philomenæus, nece Balluganti
 Mortuus est vel erit præsto moriturus acerbo

Vulne-

Vulnere Rinaldus, pariter cum fratre Richardo.
 Ut nostræ testes fuerant certamine gentes
 Pro Manilardo etenim, nec non Sacripanta feroce,
 Pro Rhotamonte, iacent insignis Rugier armis,
 Robusti fratres Aquilans, Gryffonq; superbi.
 Morganor fractor fidei æquo Marte peremptus.
 Quid de Zerbino dicam, & Britbomarte peremptis
 Principibus validis dextra armipotentis Agrani
 Nati, quem nunc viuere ego bene credo iacente
 Rolando, nec rex Rhotamons nunc creditur esse
 Mortuus, audita fama namq; eius iniqui
 Interitus, aterum fuerat certamine visus.
 Hostium vbi magnum cæsum fecit aceraum.
 Angelicam sed post bellam diffugit amator.
 Terrerinec sic a leò debetis ob vllam
 lacturam belli, quando sit maior in hoste.
 Præterea auxilio vobis sunt, Stordialianus
 Scardassus, cum Lucafero natoq; feroce
 Falsiron pater atq; meus, vir strenuus vna
 Alzarthus, Feragulus ego, & Grandonius heros
 Albuleizor item, pharetraq; insignis, & arcu
 Et qui longinquis accessit nuper ab oris
 Bergantus non tantum armis sed corpore vastus.
 Rex & Azismander, qui multo milite septus
 Nuper ad has oras venit ruiturus in hostes,
 Suntq; alij fortes, quos nunc mora dicere longa est.

Ee *Quem*

*Queis cedent Carli proceres sperare nec illos
 Audebunt campo, quantumuis viribus acres
 Et virtute pares, nec enim victoria belli
 Absq; ingente potest adquiri tanta labore.
 Annum vsq; ad decimum nequierunt per gama Graui
 Vincere, quæ prorsus tandem euertere tot annos
 Cunctabundi armis, queis non sumus inferiores
 Viribus atq; ausis, nec nostri Troibus hostes
 Plus fortes, vt eis sic cedere sponte velimus.
 Rolandum quem adeo vestrum pleriq; timetis
 Polliceor dextra hac, captiuum siue peremptum
 Si fruitur vita, nam Mantrechartus & ille
 Apparent nusquam, plagaq; Albanus heros
 Lethali cum fratre iacet, Galaonis vt Vzon
 Nuncius exposuit nobis, ergo omnibus ausis
 Irruite heroes nobis occasio magna est.*

*Nunc sed opus nostrum mandare cadauera terræ,
 Inferiasq; agere, ipsorum pro manibus, aræ
 Stant positæ, de more suo sua funera, nec non
 Christicole celebrare parant, atq; annua poscunt
 Fœdera, quæ medio statuamus tempore, certe
 Legati Carli sperant responsa diebus
 Quatuor, est etiam pestis metuenda peremptis
 Corporibus tantis inhumatis, balitus ater
 Et fœtens virus sentitur in aëre castris.
 Vix ea fatus erat, vno quando ore gigantes*

Scardassusq; & Falsiron & Stordilianus,
 Lucafer & natus, Grandonius acer & ingens
 Assensere illi, nemo audeat dicere contra
 Marsyrio, Agramante etiam musante tyranno.
 At reges inter decretum est tempus humanis
 Corporibus, nec non medicandis deniq; plagis,
 Atq; ex prolixo reparandis Marte manipulis
 Defessis, quare inferiæ sacræq; litantur
 Vi be preces, cæsis pro manibus hostia panis
 Et vini effigie, Christi cum corpore sanguis.

Inducit
 sunt inter
 Carlem &
 Agraman-
 tem.

At luci, & noctis tenebris, Milionius heros
 Errans Agrani natum vestigat, opertum
 Frondibus & ramis longe post terga relinquens,
 Et non inueniens redit ad certaminis acti
 Se incusando locum, multum tamen errat ab illo
 Incertusq; via, vagus atq; errore locorum
 Ex atro Luco desiderat anius ire
 In castra, ambiguus quo se victoria belli
 Verterit, atq; inquit, miser ô Rolande quid armis
 Nomen habes tantum? quid prodest aut tibi tanto
 Robore pollere, à bello si quando necesse est
 Semper abes? regemq; tuum si deseris amens
 Et consanguineos belli maiore periculo?
 Nunc Mantrechartus fugiens certamine, prima
 Aurora apparens eius me abijisse timore
 Inquiet, ut semper cui credent protinus omnes,

Digressio
 ad Rolandū
 quærentē
 cadaver M^æ
 trecharti.

Sermōni cedent, ressonsaq̄, nulla quirites
 Audebunt consanguinei præbere superbo
 Heroi, vultu & confusus auunculus armis
 Diffidet, timidus lepus ex audace leone
 Diceris, iam præstiterit tibi pectus inermē
 Figere Durlinthini acri mucrone, relinque
 Hos miseros artus, quid ego sed nunc loquor amens
 Si Mantrechartus luco hoc immane cadauer
 Forte iacet? Durlinthinum penetrasse per artus
 Senti ego, ne diuum fugisse est credere dignum
 Agraniatum, cum tot me quæreret annos
 Vlturus patrem, hæc dicens procul ecce repente
 Audit virgineam vocem, dein atq; propinquans
 Fulgorem subito videt, in medioq; puellam
 Insignem vultu gestantem ferula plena
 Rebus odoriferis, malis referentibus aurum,
 Fructibus atq; alijs preciosis, & quoq; amomo.
 Ad quam sic genibus flexis affatur adorans
 Rolandus, quæcunq; ades hic o virgo decora
 Sive Dei genitrix, seu sis Madaglena beata
 Nota sacris nostris alia aut vel diua supremo
 Æthere descendens, quæcunq; accedere ad istas
 Deniq; dignaris sylvas ressonsi, roganti
 Redde precor, siue aduenias præfaga malorum
 Forte mihi, pendam vt dignas pro crimine pœnas:
 Siue, quod ipse reor, pius est tibi vultus & almus

Rolādo ap
 paret So-
 phroline
 virtus.

Solatum misero venias, occasio siue
 Altera te moueat, cui sic dea retulit ore.
 Nec sum diua Dei genitrix, nec cognita vestris
 Sum Magdalena sacris, sed sum sua magna virago
 Sophrosine, Veneris quæ prima coërceonatum,
 Includoq; atris tenebris, suaq; aurea frango
 Tela manu, venio te nunc monitura per istos
 Horrendos lucos post hac vxoris amori
 Plus hæere velis, seruat tibi casta cubile.
 Nam quamuis aliam terra pelagoq; profundo
 Attuleris tecum diuis superisq; repugnans,
 Immemor illa tui nunquam fuit & modo tota
 Soluitur in lachrymas pro te, quare illico solers
 Hinc abiens succurre tuis, iter ipsa profecto
 Securum monstrabo tibi, nec quere cadauer
 Mantrecharti vltra, iacet interfectus arena
 Ille tua dextra, nec fugit reris vt ipse:
 Namq; ego eum cernens supremo Marte peremptum
 Valle recondiima, frondosaq; arbore texi,
 Corporis occisi exuujs ne forsitan inani
 Mente superbires omnem tibi cedis honorem
 Attribuens reddenda Deo si gloria facti est.
 Vt tamen ipse moram tam iustam ostendere Carlo
 Coram rege queas, galeam cape Mantrecharti,
 Hæc dicens galeam & rorantes sanguine cristas
 Victori tradit, nec non atq; aurea mala.

Ec 3

Hæcq;

Sophrosine
 certiore
 reddit Ro-
 landum de
 interitu Mā
 trecharti
 cui donat
 spolia cada-
 ueris ipsius
 Mātrechar-
 ti.

*Hæc, inquit, quæ mala tibi nunc offero, fortis
 O Rolande, edito toleras ieiunia multa
 Marte fatigatus, longoq; errore locorum:
 Congeneri Albani domino, fratriq; Ricarto
 Hæc duo mala etiam dabis, his lethalibus ambo
 Vulneribus ferme extinctos reparare valebis,
 Reddereq; incolumes vitæ: sunt arbore sacra
 Lecta manu nostra, eo is quæ crescit in hortis
 Intactis, Adamus vbi, & simul Eua, parentes
 Nostri habitauerunt, vetitaq; ex arbore fructus
 Ederunt omnem inualuit mors vnde per orbem.
 Sic dea fata virum malis cælestibus illis
 Plenit, & exemplo viguerunt membra quiritis:
 Membra soluta fame, & curis, lucoq; profundo
 Educens, nota heroe[m] dimisit arena,
 Atq; aura spargens, cælum penetrauit, odores.*

Sophroline
 euas cit
 in auras.

LYRAE HEROYCAE

LIBER DECIMVSQVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI XIII.

Rolandus, Mantrecarti galea & Sophrosines munere exultans Parisijs propinquant: magno recipitur iubilo. Alda autem coniux quæ illum tanquam interfectum magno cum lamento plorat, subita lætitia luctum abijcit. Dumq; iuduciarum tempus tranſit, gaudijs iugalibus operam nauant, Rinalduſque & Richartus lethaliter languentes pomis Sophrosines ſaluti reſtituuntur. Finitis inducijs certamen inſtauratur: magna fit vtrinq; ſtrages. Tandem Rolandi magnanimitate & robore Afri palantur, victique effugiunt vſque ad Argellum & Tingetum.

Ec 4 LYRAE

LYRAE HEROYCAE

LIBER DECIMVS QVARTVS.



*Antre charti ergo spolijs & munere Diua
 Rolandus gaudens Briadoro soluit habenas
 Alipedi, ast aurora polo dum dimouet vmbra
 Leucoteae ad valuas stetit & confessus aperte
 Nomen iuratis coram custodibus, vr bem
 Ingreditur, primum tenditq; palatia sacra
 Audit vbi ingentes, varia & lamenta, querelas,
 Rolandum sonat aula omnis, vox coniugis Aldae
 Tandem aures venit tristisq; & plena dolore,
 Dic vbi chare iaces coniux, dulcisq; marite
 Forsan terra tuos inhumatos continet artus,
 Vulturibusq; ferisq; alijs immanibus escam:
 Te siue quid misera Alda tua vrbs atq; omnis in isto
 Conflictu faciet si morti proximus heret
 Rinaldus, cum fratre suo, quoties egotales
 Pertimui casus de te fortissime coniux!
 Sed mihi qui solamen erat nunc frater Oliuer
 Dest mihi dum vestigat enim te chare marite
 Ter septem pluresq; dies cum noctibus absens
 Delitet, vxorem sic flentem interq; cadentem
 Semianimum famulas noscens Mulionius alta
 Voce vocat, nequiesq; ultra se imbibere dolore*

Coniu-

Coniugis excitus valuas (ait) ilico valuas
 Custodes aperite mihi, Milionius en sum,
 Nuncia ferte meam quod sum Rolandus ad Aldam
 Dum festino gradu, sistro sic fatus Eburno
 Personat, & foribus referatis intrat in arcem,
 Audito Alda suo Rolando, prima cucurrit
 In caput, inq̄, humeros adiungens oscula ne&tit
 Brachia, dum medio thorace ample&titur illam
 Coniux, conatuq̄, leui ter subleuat, ori
 Os ne&titens, h&retq̄, illi tardigrada conchis
 Vt testudo, cuti vel hirudo sanguinis expers
 Sicq̄, ait, Alda mihi charissima, bella, decora,
 Quis priuare tuonitido me tempore tanto
 Asp&ctu potuit? quis me exc&cauit amore
 Errabundum alio, cum tu super omnibus vxor
 Splendida sis & grata mihi, generosa, disertâ.
 Coniugis interno dum talia fatur amore
 Pluraq̄, verba parat, Dudon en fortis, & O&ton
 Filius Astolphus, Berlingor, & acer Auinus
 Obbolius, Salomon alij proceresq̄, quiritum
 Egressi è regis penetrabilibus arma morientis
 Rolando exultant viso, amplexantur & illum.
 Et morat tanta rogant, qu&e sit qu&e occasio tanta
 Illum distulerit spem C<&e gentis, at ille
 A dextra sponsa, Naimo & seniore sinistra
 Atq̄; Palatinis reliquis stipatus, Auuncli

In penetrale intrat, dein atq; ita fatur ad illum,
 Maxime rex regum, in cuius victoria belli
 Stat dextra, metuunt quem Afri plagaq; vltima terra,
 Auxilio fretus cui seruis omnibus horis
 Aeternæ Triados, sine quo nil esse perenne
 Nil per stare diu poterit, quod testor adorans
 Detraxisse pedem nunquam à certamine cœpto,
 Sed Mantrechartum contra dum pugno ferocem,
 Casu exercitijs magicis, & demonis astu,
 Horrendo strepitu pugnantes pellimur ambo
 Obscurum in lucum tantum finire duellum,
 Victor ubi potui dextra hac si fortiter hostem
 Occidi, capitis cuius de vertice raptam
 En galeam, atq; suo rorantes sanguine cristas,
 (Offendit galeam ante omnes, donatq; tyranno,
 Agrani nati, cristasq; cruce madentes)
 Interea tanti visis insignibus hostis
 Regia letitia resonat spem, concipit altam
 De belli euentu, t. aliq; it fama per urbem,
 Gaudia cor saltem pertentant regis, & ipse
 Rolandum atq; Aldam, tacito compellat amore.
 Et Mantrecharti galea spolijsq; superbi
 Exultans dare iussit eos sua membra quieti.
 Quam primum ante tamen sacra audiuere seorsum
 Aulai ante aras diuas, dein atq; parato
 Accubere thoro, noctemq; hausere diemq;.

Rolāndus se
 purgat à
 mora corā
 Imperato -
 re.

Postera iamq; dies umbras Oriente fugabat
 Et solito Titan lustrabat Lampade terras:
 Cesorum inferijs & sacris quando litatis
 Aduersorum animi postrema ad fata vocantur
 Tum mane à summo surgens Milionius heros
 Primum sacra colit Dionysij ad diuitis aras
 Donaq; multa pijs templo pro manibus offert,
 Mille iubetq; illis fieri solennia, vino
 Et pane azimco, instituit que sacra Tonantis
 Filius, extrema cœna redditurus Olympum.
 Dein Ammone satos, Rinaldum, vnaq; Richartum
 Languentes plagis grauibus, letoq; iacentes,
 Visit, & agnoscens vix illos ora dolore
 Absumptos, fletus imo de pectore fundens
 Mala propinat eis, sibi que diuina virago
 Sophrosine luco dederat, dein atq; ita fatur
 Rinaldo, mihi quid cognate ac chare sodalis
 Non reddis vultus? tuus en sum frater in armis
 Rolandus, mihi verte oculos & vescere dono
 Celesti hoc, quod diua tibi tulit vna superna
 Adami ex Xisto vt fias à vulnere liber:
 Sume igitur Triados sub nomine, dixit. At ille
 Protinus vt malum gustauit, fortis vt ante
 Incolumis fitq; omnino de vulnere tanto.
 Nec minus atq; alia qui Aulai in parte seorsum
 Languebat rex Sydonia, mox munere diuæ

Mille solē-
 nia. i. Mil-
 las.

Red-

Redditur incolumis, quamq; ante ingentior ausis
 Vulneris incolumes sic ergo Ammone creati
 Exiliunt bilares validiq; cubilibus ostreis
 Claricia coram mirantibus, atq; ministris,
 Et genibus flexis manibusq; ad sidera latis
 Caelorum regi tanto pro munere grates
 Innumeras reddunt, sanctis se & deniq; votis
 Religionis ibi stringunt, atq; oscula libant,
 Os humerosq; super Rolando, & brachia iungunt.
 Rinaldi hoc coniux, mater facit atq; Beatrix
 Et sua bella soror iam religione ligata,
 Quae dein accessit, nam templo intenta rogabat
 Ob geminos fratres fierent dum talia mira.
 Mira omni domui regis iam cognita, & Vrbi
 Leucoceae, visuntq; illos gens multa fenestris
 Sese ostendentes coram exultante caterua
 Depositis, quas induerant in funere sancti
 Menodante sati, Philomenaeq; gigantis,
 Et quoq; Oliuери natorum, pro quibus horas
 Tot, lachrymando pater produxit, nec minus vna
 Vgonisq; aliorum etiam pariterq; virorum.
 Qui bello occiderant, pallis lugubribus (ingens
 Factus enim fuerat cunctorum luctus, eorum
 Inferijs, multae ad tumulus lachrymaeq; profusae)
 Nec minus audito interitu Britbomartis amici
 Rolandus doluit, sed mira ingentia mortis

Hæc

Hæc animaduertens superis cum mente fideli
 Gratatur nimium, quem iudicat esse beatum.
 Interea inferijs, funestis atq; diebus
 Transactis, bello reges aptantur & instant
 Agmina quisq; sua, & quamuis lux sacra vetaret
 Prælia Christi colis (palmarum ea namq; erat omni
 Cum pompa quando Solymis fuit Vrbe receptus
 Christus) Agramante instanti certamen initur.
 In conflictu equites multi, multiq; pedestres
 Occumbunt fractris clypeis, passimq; sonoris
 Lorice, ad celsa ingens sonat astra tumultus.
 Scutaq; & arma iacent passimq; hastilia trunca
 Protinus in medio occurrunt feruentibus ausis
 Albani montis dominus, Scardassus & acer,
 Hastarum validis congressibus hostis habenas
 Perdit vterq; suas ad equorum terga simulq;
 Coguntur flecti celeres tamen ambo resurgunt
 Nudantes gladios incenduntq; agmina densis
 Ictibus & verbis, quis nunc pudor iste verendus
 O ciues, Rinaldus ait, tot, bella, diebus
 Sustinuisse Afris contra? victoria certe
 Effugere apparet nobis: sic fatus in hostem
 Hæc eadem referentem Afris, tam fortiter ensem
 Fisbertum vibrat, media vt prostrarit arena
 Inter vtrumq; humerum cesum lethaliter, exin
 Vicinæ Alcaum, Neriumq; vnaq; Melanum,

Rinaldi
Afrages.

Afro-

Afrorum proceres necat, Antibibiumq; ferocem
 Percutit, ille autem supplex ita fatur ad acrem
 Rinaldum, precor alte heros te saucius acri
 Vulnere ego, de quo nequeo sperare salutem,
 Me vitæ residem finito pro tempore pauco
 Viuere quo possum, T ingeto namq; parentes
 Sunt mihi, sunt gemini pulchra cum coniuge nati,
 Vbera quorum vnus suggit, sunt multa talenta
 Argenti atq; auri, sunt plurima pradia valde
 Fertilia ammonæ, vinoq; oleoq; quotannis,
 Exiguò quare si tempore vita superstes
 Est mihi lethali à plaga, hanc permittite precanti,
 Vt res ipse meas possint disponere natis
 Vxoriq; meæ miseræ, pariterq; ministris,
 Non erit in me vno belli victoria cæso.
 Sunt etiam tibi Claricia cum coniuge nati.
 Cui sic Rinaldus, tantis impune peremptis
 Christicolis iustum non est cæsoribus, inquit,
 Parcere, qui ferro occidit moriatur eodem.
 Quæ memoras tamen ipse auri, argentiq; talenta,
 Prædia totq; vna, vxori, natisq; duobus
 Parce tuis, quid vterq; ferat tua viderit vxor.
 Dixit, & in iugulum Fisbertum condidit hostis.
 Audacem deinq; Vxamum necat, atq; Folanum,
 Palantes pluresq; Afros, dum Carlus, & acer
 Rolandus, bis sex procerumq; exercitus omnis, part. 2.

Casside Mantrecharti hastain sublime leuata
 Illac irruerent, vno quos agmine facto
 Immoti operiuntur Agramans, Marsyrusq;
 Cum Falsirone, & Feraguto, & Stordiliano,
 Lucafero, Olferno & nato, fortiq; tyranno
 Grandonio, Albuleizore eiacubunte sagittas
 Et cum Stamperdo, Philodoro, heroibus vna
 Et cum Marloto, Berganto vnaq; feroce
 Regeq; Agismandro, nuper qui milite multo
 Venerunt ex Mauricijs pugnacibus, vna
 Atq; viris alijs, queis rex edicit Agramans
 Agmine ne ex vno discedant, certet eodem
 Sed quisq; in cuneo, dammandus crimine tetra
 Proditionis homo transgressor, morteq; digna.
 Edicto parent omnes, iunctiq; resistunt
 Inuadenti illos omni cum robore Carlo.
 Falsirone satus coram quos prospicit omnes
 Ense necat, Batauim Arbinum sipectus adusq;
 Per medium caput absciderit penetrante trisulco
 Ere ratam galeam, thoraca albiq; Orichalchi.
 Dein auidum belli laudis maetatq; Britannum
 Rhainerium iuuenem prestantem veste sub armis,
 Purpurea succinctum, auro quam neuerat vxor
 Nuper nupta sibi Lisania filia ciuis
 Diuitis Arnalti, Philaran dein, atq; Sicambrum,
 Cum genero Octomante suo, natoq; Quirino,

.i. Feragu-
 tus qui mul-
 tas edit fra-
 ges.

Saucius hic autem medijs de cladibus hostem
 Effugere inualuit, belloq; exire tremendo.
 Talem se vastis infert Feragutus in armis
 Cædibus accumulans cædes, hoc Stordilianus
 Hoc & Falsiron, facit hoc Grandonius acer,
 Necnon Marlotus validus, Bergantus, & ingens
 Rex & Agismander, multos missisq; sagittis
 Infectis viru Albuleizor cædit ubiq;
 Quid de Stamperdo Philadoro heroibus Afris
 Nunc referam, si multa neci dant corpora tetra.
 Lucafer atroces cædes super omnibus edit,
 Filius Olferausq; bipenni seuus vterq;
 Indomitusq; Elefante fero, qui ingente probosci
 Necnon Christicolæ lacerat, fugit omnis ab illis.
 Ac veluti visum subito prope mœnia monstrum
 Immane effugiunt, seq; intra tecta recondunt
 Certatim agricolæ pauidi, rumore tremiscunt
 Ciues semianimes matres cum infantibus hærent.
 Lucafero, & nato haud aliter dat Celtica pubes
 Terga metu, Carli tandemq; exercitus omnis
 Impetibus valadis ad eò Milionius heros
 His donec dictis animos incenderet ira.
 Quo fugitis ciues ut oues ante ora luporum
 Ex validis cur imbelles, timidiq; vocari
 Tam subito vultis? vestro sic ceditis hosti?
 Hosti, qui nostra euertet delubra prophanis

Et fœdis manibus, vestras violetq; puellas,
 Vxoresq; simul cæsis infantibus vna
 Et semibus? non me, & Rinaldum, aliosq; videtis
 Heroas primos cum laude occumbere morti?
 Pro Christo qui est nostra salus & gloria vera?
 Præmia promittens æternaq; gaudia sanctis,
 Martyribusq; suis pro se qui bella tulerunt?
 Actutum ergo ausis validis & pectore forti
 Irruite in Mauros Celtæ me sponte sequentes.
 Dixit, & vna omnes rapiens in prælia secum,
 Irruit in medios hostes, primumq; ferocem
 Olfernum ex Elephante fero prostermit arena
 Vulnere lethali, rostrum pariterq; ferinum
 Abscidit ingeminans ictus ante ora parcutis
 Lucaferi, natum aspiciens qui ita cæde cruentum
 Inter equos, rabie tactus nimioq; dolore
 In Milione satum accelerat, canis ater (& inquit)
 Ne me, me contra ferrum conuerte parentem
 In festum, si ego sape tuos sum morte sequutus,
 Nec meus hic natus, dixit, fortiq; bipennem
 Dextra inimicum acrem contra vibrat, irritus autem
 Ictus abit, nec Rolandum contingere quiuit.
 Non tamen errauit Rolandus maximus hostem,
 Si celer occurrens dextrum latus ense petiuit,
 Ense relabenti solido ex thorace propinquum.
 In femur, omnino quod diuidit area bina

Tergmina proscindens, duplicataq; taurea terga.
 Saucius ingenti plaga cadit ocysus atrox
 Lucafer, inq; suo reuolutus sanguine, terram
 Inficit, & moriens sauit sua numina contra.
 Ast elephas dominum vt vidit cecidisse, cadauer
 Circuit, & rostro prolixo ex hoste tuetur,
 Donec id auferrent multis cum fletibus Afri.
 Ast elephante fero occiso Milionius heros
 Asiduas infert plagas, inimicaq; multa
 Corpora dat letho, multorum strage cruentum
 Prospicit & tandem Stamperdum insignibus armis
 Praestantem, nec non & equo, gener hic erat heros
 Regis Alanorum, princeps clarissimus oris
 Roxalanorum, patria qui venit ab Vrbe,
 Certandi in Carlum studio, cui protinus acer
 Rolandus nequiens herere, cadauere fixam
 Extrahit ille hastam, pariterq; immittit in hostem,
 Loricæq; moras solida & transuerberat ara,
 Et qua parte iecur septo coniungitur intrat
 Cuspis acuta, cruor mox plurimus effluit, herbas
 Et rigat, ignorans Stamperdus vulneris atri
 Autorem, moribundus humi prosternitur, haste
 Occumbens, dulcis patriæ memor atq; suorum.
 Vt dominum Roxalani videre cadentem
 Stamperdum, Olfernumq; Afri cum patre superbo
 Lucafero, asiduisq; instantem cladibus acrem

Rolandum,extemplo palantes terga reuertunt,
 Agramans & Marsirius coguntur & vna
 Terga dare,instarent Carlus fortisq; Richartus
 Vggier & Dudon, Guidonq; & Naimus & Octon
 Astolphus, Sansonellus, Berlinguor Aninus
 Anselmus, Salomon, nuper qui & venit Oliuer
 Cum Marfissa acri, certe dum fortis Oliuer
 Absentem Milione satum vestigat, Agrani
 Cum nato certantem armis, accessit opacum
 Et lucum, videt ex imis exire latebris
 Insignem clypeo, atq; hasta, & fulgentibus armis
 Heroem, tali qui sic sermone minatur:
 Quisquis, in his lucis, armis fulgentibus erras
 Pone ea, miles ait, liber spoliatus abibis:
 Si renuis, mecumq; paras certare duello,
 Et dabis arma mihi, & canibus linquere cadauer
 Si moreris, si non, victus mitteris in atram
 Speluncam, & victos alios comitaberis octo
 Reliquias tercentum, etiam plurumq; virorum
 Quinequiere necem mecum certando cauere.
 Talibus indignans insignis Marchio dictis
 Respondet, Pagane nimis temerarie, fecit
 Quis te adeò inuictum quo turges demone, tantum
 Viribus ipse tuis vt fidas? hora propinquat
 Qua moriere, viris, quos dicis carcere clausos
 Dimissis, ait, inq; aduersum protinus hostem

Digressio
 ad Oliueri

Dirigit ingentem validis cum viribus hastam,
 Nec minus atq; suaruit aduersarius hasta,
 Conflictu in primo cecidit mox Marchio fortis
 Congressu semiattonitus, vocat ocyus hostis
 Alcorem, Mostaphanum, Panthumq; ministros,
 Mox vt Oliuerum vinctum penetralibus atris
 Spelunca abscondant, famuli, dum forte morantur
 Nec domini voci attendunt, praeferuidus ira
 Paganus descendit equo, cui nescius hastam
 Applicat, atq; Palatino, iugular et vt ipsum
 Accedit stricto gladio, pedes attamen ille
 Iam stabat, tantoq; ictu ferit ocyus hostem
 In caput, vt galea pariter cum pelle ferina
 Abscissa, mollem gladius penetrarit adusq;
 Meningem, magna elata tunc voce superbus
 Vir cadit, & dira plaga vomit ore cruenta,
 Iam ferme exanimus, tunc Marchio corripit hastam
 Pagani, nec non & eadem parte manentem
 Quadrupedem ex loris, proprio coniungit equoq;
 Interea ad vocem domini tres ecce ministri
 Accelerant, visoq; pauent rectore perempto,
 Quos nece pallentes domini, subitaq; ruina
 Incerto saepe fuga verbis his increpat heros
 Celticus, o socors & gens ignaua periclis,
 Sed non furando, domini cur tollere corpus
 Et terrae mandare pie sic morte timetis?

Tollite & ante mihi speluncam ostendite, clausos
 Qua tenet ille viros, cuius mihi dicite nomen
 Et patriam, & causam qua sic grassarier oris
 Desertis voluit, securi accedite, vobis
 Alter amicus eronec opus meminisse prioris.
 Si forte hoc tristi viuendi more relicto
 Viuere mecum vltro vultis, quorum vnus ad ipsum
 Talia voce refert: assueta relinquere quamuis
 Quisquis es alte heros nobis res dura videtur,
 Nobilitate tamen nota & virtute, tuis que
 Apparent dictis, & vultu, cogimur vltro
 Et parere tibi, facere & quaecunq; iubebis.
 Qui iacet ecce tua dextra, si nomen ad aures
 Forte vnquam venit, fur est Brunellus iniquus,
 Plurima qui postquam commisit facta dolo
 Astu, insigne aliud iam pridem fecit in istis
 Littoribus, Galaon nam cum Maguntius hastam
 Fatalem Argalie, Rhotamontisq; arma teneret,
 Queis necuit multos, multoq; exterruit errans
 Non procul à luco hoc Rinaldum, vt credimus, hostem
 Vestigando suum, aut alium quem caderet vltor
 De genere illius, lucis Brunellus ab istis
 Egre diens, quibus ad furtum per sepe latebat,
 Erranti socius Galaoni adiungitur, ipsum
 Decipiens vultu, & nimium fallace loquela.
 Dein nos dimittens latebris, occasio donec

Apta foret furto, Tristani accedit ad arcem
 Cum Galaone, eius pariterq; sodalibus octo.
 Ast arcem Galaon ingressus se exiit armis
 In penetrati aula, fatalem condit & hastam,
 Hastam adeò magicam, heroes vt quosq; potentes.
 Quamuis quisq; Hector, foret aut cristatus Achilles,
 Protinus attonitos media prosternat arena,
 Hanc prius Argalias rex has aduexit ad oras
 Et liquit moriens, incerto deniq; casu
 Post multos dominos Galaoni contigit. Ergo
 Latro Brunellus talem bene nosceret hastam
 Ingreditur tacite, Galaon vbi liquerat illam
 In secretam aulam, pro claue instructus acuto
 Vtens clauiculo, potuit quo limina clausa
 Prorsus inauditus violare, hastamq; latentem
 Subripere, & quis cantatas violare fenestras
 Tam custoditas auderet, posset & vna?
 Insignis letus furto Brunellus ab arce
 Tristani egreditur per cœcos nocte silente
 An fractus, strictasq; vias tellure sub ima:
 Venit & huc tandem fatali Martius hasta,
 Qua plerosq; viros vita priuauit, & armis,
 Magnanimosq; alios vincetos adduximus atram
 In speluncam eius iussu, quam prospicis inter
 Umbrosas illas salices sub acumine rupis
 Ad quam tendamus, sunt namq; ibi plurima gaza,

Pluri-

Plurimaq; arma virum, qui hasta occubuerunt duello.
 Queis uti ad libitum poteris, simul & quoq; victis,
 Sunt etenim primi heroes, ut nouimus ipsi,
 Quandoquidem fatalem hastam geris ipse, Trophæum
 Brunello de fure, tuæ qui robore dextræ
 Morte iacet, sed iamq; dies quia labitur, & nox
 Maturat, memorare tibi post nomina nostra
 Et patrias & fortunas sat possumus ample.
 Hoc liceat tibi nosse tuo nos esse deinceps
 Obsequio ad strictos, fatis queis cunq; paratos.
 Quem contra hasta etenim nequijt cantata valere
 Argaliæ, hic semper dominus sit semper, ut vnus
 Sic fatur, parent reliqui, dominumq; fatentur
 Vltro ipsum, cui se tradunt sua pro suis & arma,
 Vnanimisq; intrant speluncam vbi plurima gaza
 Plurimaq; arma vident incensis fascibus, aptant
 Mox cœnam iam elixo apro, damaq; tenella
 Assa cum Cerere & Baccho flagrant per antra.
 Noluit aut epulis accumbere marchio donec
 Captiuos nossetq; viros, & solueret vna.
 Procedens ergo vltius primum videt vnum
 Insignem iuuenem pulchra atq; impubere forma
 Implicitum grauib; palmasq; pedesq; cathenis
 Conantem nudas, curuo thorace tueri
 Mammæ, dum partem femoris manifestat Eburni.
 Ut pulchros arctus & vultus vidit Oliuer

Rugiero aſſimiles dubius ſic fatur ad illum.
 Rugier ante alios mihi charus? hoc viuis in aeo?
 Ex alio huc an veniſti, nam Rugier eſſe.
 Cerneris omnino mihi nunc reſponſa reſerto?
 Palatinus ego, tuus & quoq; amicus Oliuer
 Sum, qui errans oris quæro his Milione creatum,
 Nomine Oliueri audito captiuus ad ipſum
 Exultans nimis, ore reſert, quis fortis Oliuer?
 Rugiero fratri fueras qui charus amicus
 Tam tempeſtiuus quis caſus te appulit antro
 Incolumem, nec non victorem vt cerneris armis,
 Rugier ipſa equidem non ſum ne, vt creditis, alter,
 Rugieri Marſiſſa ſoror ſum fœmina valde
 Inſœlix, ſi inuicta diu ſemperq; potentum
 Heroum victrix vnus furis ab hæſta
 Occiderim, fuerimq; antro concluſa cathenis
 His grauibus, rurſusq; inſœlix fratris inulti
 Cede atra, & magna cum proditione perempti.
 His in deſertis aſtu Galaonis iniqui,
 Quem dum luſtro locis varijs, dum huc mœſta propinquo
 Mœſta hoſtem non poſſe inſeſtum offendere tantum.
 Obuius ecce mihi (memorem tam dedecus ingens,
 An ſileam?) fur quidem hæret, petit armaq; noſtra,
 Quadrupedemq; ſimul, clypeoq; hæſtaq; ſuperbus,
 Et quoq; equo, quem deriſi in hægnata proſeſto.
 Impiger ille vna contra me corruit hoſtis

Inuadentem alia præacutæ cuspidis hasta.
 In medio campo ex primis occumbimus ambo
 Pulvis hastarum, sed me mora nulla ministri
 Semianimem vinculis adigunt, conduuntq; latente
 Hac, velut ipse vides spelunca, vbi mensibus octo
 Delsteo, veste, atq; armis spoliata, malignis
 Furibus his, fari Marfissam plura parantem
 Ultra, haud sustinuit lachrymis qui fusus Oliuer
 Protinus auxilio sociorum vincula soluit
 Ærea, nempe duas ingentes mole cathenas
 Sicq; ait, ô virgo armipotens vincire quis ausit
 Tam generosa adeò grauitè, tam bellaq; membra,
 Diuum digna thoris? nunc tanto erepta periculo
 Liberaq; à vinculis grauibus, & carcere cæco,
 Gratæ aeterno regi, qui me appulit istam
 In speluncam vt te eriperem pariterq; sodales
 Captiuos reliquos occiso principe furum
 Quem necui dextra hac, & dicens imperat ipsis
 Furibus adducant vestes & protinus arma
 Marfissæ, quibus exuerant crudeliter illam.
 Vestibus atq; armis adductis illico virgo
 Se Marfissa suis vestit, reliquos quoq; soluunt
 Captiuos, quorum tres inuenere peremptos
 Tum fame tumq; loci longa caligine cæci.
 Interiore alij speluncæ in parte seorsum
 Deincti stabant, quos ferme corpora nudos,

Vestibus induerant melioribus, optima namq;
 Plurimaq; indumenta virum spolia intus in antro
 Pendebant fune ex longa, mox ire paratam
 Ad cœnam inbet, atq; vna obliuiscier aetas
 Marchio fortunas, satq; inquit, temporis esse
 Commemorare illas, si auratæ cuspidis hasta
 Quam gesto dextra, presentis prima laboris
 Vobis causa fuit, namq; est fatalis & omnes
 Contacti vincuntur ea, si ego protinus eius
 Congressu occubui, verum rediuiuus vt hostem
 Vociferantem audij confestim surgo, ruentem
 Atq; illum in terram letali vulnere ieci
 Exanimum, sed ne alter ea velit amplius vti
 Abscondatur in hoc puteo stamante profundo.
 Sic fatus patulum in puteum qui tibi visitur arctum
 Osculum adusq; vndis plenum proiecerat hastam
 Fatalem, quæ perpetuo submergitur æuo.
 Iacturam tantam socijs tolerantibus ægre,
 Omnibus ergo aptæ cœnæ accumbentibus, ante
 Marfissam poscunt veniam tres poplite flexo
 Brunelli socij, seq; ignorasse fatentur,
 Pocula dein vini non illibata propinant
 Conuiuis simul atq; epulis, vinq; replentur.
 Postquam exempta fames fuerat, grauis occupat omnes
 Somnus, & ingenti soluuntur membra quiete,
 Donec transfactis tota cum nocte duobus

Solibus assurgens prior excitauerat omnes
 Marfissa, & solers curas inferret amicis.
 Surgiteq; inquit eis, tuq; optime marchio primus:
 Audio enim quosdam strepitus, belliq; tumultus
 Armorum, ni fallor ego, victoria belli est
 Aut Carli, aut Agramantis, quem suspicor esse
 Deuictum, certe luctus nosco eminus Afrum.
 Marfissæ dictis somno excitatur Oliuer,
 Et socij, quorum vnus erat Balearicus armis
 Insignis Frison, alter Panmonius Vgon,
 Vgon qui præerat geminis Balearibus, vnde
 Cum socijs multis secum Frisonta vigore
 Et genere æqualem tulit, vt succurreret armis
 Magnanimo Carlo, pro quo moderator vtraq;
 Insula erat, procul ergo viros, vbi murmuraq; æris
 Audierant, mox quisq; armis melioribus antri
 Induitur, Marfissa suis, pariterq; Vieniæ
 Marchio, iamq; antro exhibant instanter, equisq;
 Currebant, suo Oliuer equo, Marfissa perempti
 Furis equo, comitatur eos dein cetera pubes
 Tota pedes, reperere suos nec quadrupedantes
 Vgon & Frison, sonat & qua parte tumultus
 Armorum paribus festinant gressibus illac.
 Atq; ita dum properant albentem in littore curuo
 Prospiciunt ceruum, ferit & vox flebilis aures,
 Quo ruitis gens fida Deo, quo ignara venitis?

Ver-

*Vertite iter, non hac itur certamen ad atrum
Atrum caede virum & morientum strage cruentam,*

*Vox Rugie
ri interfe-
cti dolo au-
ditur.*

*Heroes tot vbi occubuerunt. Rugier autem
Non procul hinc iaceo septeno vulnere fessus
Insidijsq; doloq; viri qui prodidit hosti
Isto me laco, me non tamen hac fera tellus
Continet indecorem, nec sum sine honore sepulchri,
Condor enim tumulo quo me hic Atalantus humanit.
Quare o germana e tantis erepta periclis
Marchio tuq; mihi quondam charissime nostrum
Corpus ab his terris vobisq; cum ferte peracto
Iam bello, ante etenim non inquiratis misto.
Littore me frustra, nam vestigabitis, et si
Solicitum tumulum reperire nequibitis istum
Quo condor, nunc ergo pio succurrite Carlo
Est vbi Rinaldus, nec non Milione creatus
Heroes vestriq; alij, victoria quorum
Iam ferme est manibus vobisq; haerentibus hostes
Effugient victi, belliq; erit vltima meta.
Alena ergo viam errantes deflectite, ceruus
Qua vos hic albus Caroli deducet ad alas,
Atq; iterum hac quando venietis marte peracto,
Idem apparebit ceruus, nostrumq; sepulchrum
Ostendet nostra quae situm coniuge sepe.
Quae vos huc primum veniens comitabitur vna
Cum Ricardeto, & reliquis cum fratribus eius;*

Quam

Quam mox, exiguum natum nostrumq̄, velitis
 Solari, siculis qui nunc dominabitur oris,
 Vt mihi prædictum est, erit vnde altissima proles
 Hercules Estensis necnon virtute supremi
 Hippoliti, qui purpureo insignisus honore
 Lustrabit genus omne suum, pariterq̄ nepotes
 Sidera adusq; debet, dixit. iactæq; per auras
 Voci intenti omnes, ne quierunt cernere certum
 Autorem, quem sæpe soror Marfissa rubentes
 Fussa genas lachrymis ne quicquam voce vocabat.
 Quam, tandem assiduis replentem tesqua querelis
 Renorides verbis multis solatur Oliuer,
 Admirati omnes, donec qua candidus ibat
 Cereus & hac etiam sequerentur protinus illum.
 Ast vbi cereus eos Caroli deduxit ad alas
 Ipsorum mox ex oculis euauit aura.
 Tum subito Marfissa, simulq; & fortis Oliuer
 Cum reliquis socys Carolo iunguntur & vna
 Inuadunt hostes, qui iam vi terga coacti
 Vertebant, hinc Rolando cogente cruentis
 Cadibus hinc Carlo cum forti Ammone creato
 Atq; Palatinis reliquis tum plurima tetræ
 Corpora dat Marfissa neci properante adortus
 Hostes quadrupede è celeri, Surionq; nepotem
 Ex germana acris Philadori occidit, bumi qui
 Stratus morte vocat patrum Philadoron in ipsa

Eminus, ille autem audito moriente nepote
 Se nequijt cobibere, ira qui feruidus hostem
 Verteret ora suum contra, & ratus esse potentem
 Rolandum dictis instaret talibus ipsum:
 Obomicida ferox, velox fundendo cruorem
 Etati saltim teneræ, impubiq̃ iuuentæ
 Parcere deberes, si nulli infestus omiffa
 Pugna terga dabat, nunc si potes, inquit, & vna
 Me fontem iuueni immatura atate perempto
 Iungito, sic Afer dum fatur viribus acto
 Cum validis thoraca super ferit ocyus ense
 Marfissam, vulnus facit & graue, fortibus armis
 Nil contratanti gladij obsistentibus ictum.
 Sancia sic Marfissa hostem mora nulla ferocem
 Percutit in capitis supremo vertice, & illum
 Semianimum terræ strauit, tum cætera pubes
 Victrix mille adigit miserum Philadoron acerbis
 Vulneribus, Marfissam vnaq̃ è cæde cruentam
 Educunt, dum Rinaldus dum Carlus & Octon
 Astolphus, Sanfonellus, Berlingor Oliuer
 Oggier & Dudon reliqui fortesq̃ quirites
 Victores agitant palantes cædibus Afros.
 Irruit ante omnes audax Milionius heros,
 Asprensusq̃ Afrum fugientum terga ferire,
 Marsirium, Agramanta vocat Feraguton & eius
 Falsirona patrem Bergantum, Stordilianum.

Afri victi
 fugiunt.

Olli autem castris, Arelate atq; Vrberelictis,
 Auia per deserta simul labantur, & alti
 Massiliæ tandem portus venere, querelis
 Ætherareplentes, quaq; ibant sanguine terras
 Vulneribus stillante suis, mox deinde parata
 Nautis classe suis medicati cæcula verrunt
 Æquora, transactis & iam Balearibus, Vrbe
 Argello inualuere suis medicamine plagis:
 Plurima vbi postquam ceperunt ocia, vires
 Atq; refecerunt, proprias proficiscitur oras
 Quisq; suas, reges Libyam, & Tingeticæ regna
 Agramans, & Agismander, rex alter Iberus
 Cæsaream Augustam cum forti Stordiliano
 Et cum Grandonio, cum seuo fratre, suoq;
 Nato, qui plaga veluti leo faucibus ardet,
 Astraq; dira vocans vindictam sperat ab hoste.

FINIS.

S A L M A N T I C Æ
 Apud hæredes Mathiæ Castij

 M. D. LXXXI